




Ke458





EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, *et* cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Faint, mirrored text from the reverse side of the page, including the word "PERICULO" and "IN MORTE".

Wd. 5.



Dissertatio Inauguralis Juridica
De
PERICULO
IN MORA

Deo Anno Annuntia
Consensu & Auctoritate Juridica
IN ACADEMIA AD PRAESIDIUM
PRAESIDI
VIRI DOCTISSIMI
Dr. MARCO KRODIO
ET PROFESSORIS CODICIS JUSTINIANI PRIMUM
Magnifico Insuper Rectori

REN. PR. FR.
UNIVERS.
ZVHALLE

PRO I
STIMOS
Adm. in
IN AUDI
Publica
JOHANNES SCHMIDT
Opponentis
Francfurti ad Viadrinam



VIRIS

Perillustribus atq; Generosissimis,

DN. EBERHARDO

CHRISTOPH. BALTH.

De

DANCKELMANN,

SERENISSIMO atque POTENTISSIMO

ELECTORI BRANDENBURGICO

*à Consiliis Statûs Secretissimis, Rerum
Bellicarum atque Feudalium*

CONSILIARIO EMINENTISSIMO,

&c. &c.

Ut &

DN. SYLVESTRO

De DANCKELMANN,

AUGUSTI ac POTENTISSIMI

ELECTORIS BRANDENBURGICI

Ministro Statûs Intimo, Electoralis Camerae

& Sanctioris Senatûs

PRÆSIDI SUMMO.

Nec

Nec non
DN. DANIELI
LUDOLPHO
DE
DANCKELMANN,

SERENISSIMI & POTENTISSIMI
ELECTORIS BRANDENBURGICI
Consiliario Intimo, Directori Re-
rum Bellicarum vigilantissimo, Libellorumq;
Magistro Gravissimo.

*Dominis ac Mæcenatibus Suis
multam & perennem Felicitatem!*



VIRI

PERILLUSTRES atq; GENEROSISSIMI,
DOMINI ac MÆCENATES
GRATIOSISSIMI.



*Maximum quidem viven-
di tempus est expectatio,
quæ pendet ex crastino,
teste Seneca: PERICULUM
tamen in MORA nullum patitur crasti-
num, nullam moram. Serum enim est
cavendi tempus in mediis malis, mo-
nente Quintilianô. Unde Veterum
proverbium: Dilator in quacunq; re
cum exitio conflictatur. Quid quæq;*

nox, aut dies ferat, incertum est. Et puncto saepe temporis maximarum rerum momenta verti constat. Archia, Thebanorum Tyranni, hoc claret exemplô: cui cum aliquando in Symposio per epistolam obsignatam quorundam detecta fuisset conjuratio, ille verò hanc, licet rem maximè seriam in crastinum distulisset, eâ nocte à factiosis quibusdam interemptus est. Cum plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa sit; tum ejusdem damna Alexander, à fortitudine & prudentia Magnus dictus, cognovit. Interrogatus enim, quâ ratione potissimum totâ Asiâ tam citò esset potitus, fertur respondisse: μηδὲν ἀναβιβάζουσας, h. Nihil procrastinando. Hoc magnificentum & præclarum esse putavit, negotia sua, seu res gerendas labore continuo esse perficiendas, earumque rationem habendam esse, ne res cunctando perdantur. Habet quidem

& mora sua commoda, Seneca & Euripide testibus indubiis. Dixit ille: *Moram esse lentum præcipitis mali remedium.* Hic: *in ipsa malorum mora esse remedium.* Nec enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate semper res magnæ geruntur, sed moræ accessu temperandæ sæpè sunt, & gerendæ lentâ festinatione. Habeat mora sua commoda: Ad studiatamen laudabiliora animum applicaturis ipsa parit dispendia. Qui hîc cum Aceffao nautâ agit, qui semper prorogabat navigationem in lucetem Lunam: aut veneratur Vacunam, otioforum rusticorû Deam, nunquam ille in altum est navigaturus; nunquam hic divite messe est potiturus. Pertinaci itaqve operâ opus est, & intentâ, & diligenti curâ in rebus laudabilioribus, honorabilioribus, difficilioribus, ut opera non sine emolumento, nec emolumentum fermè sine impensa opera sit. De me fateri habeo, quòd operæ meæ
sine

W

sine mora in Jurisprudentiam oblocatæ
emolumentum jam tum satis senserim,
ubi ante biennium Dissertationem De
INTERDICTIS Juridicam, *Perillustri*
Tuo Nomini, Consiliarie Statûs
Brandenburgici Secretissime, ac E-
minentissime, Domine & Mæcenæ
colendissime, inscripsissem. Patro-
num illa offendit Benevolentissimum,
quem, ut Parenti meo charissimo à lon-
go tempore bene cupiisse jam diu co-
gnovi; sic & Affectus Tui benignio-
ris me participem futurum, inde augu-
ror. Hôc illiciô fit, ut præsentem quoq;
Disputationem, de *Periculo in Mora*,
conscriptam, Nomini Tuo Venerando
consecrem, ut animum ex ea, qui mul-
tum Tibi debet, Tibi plurimum debe-
re cognosceres. Hanc ipsam & *Tibi,*
Vir Perillustris ac Generosissime Do-
mine

*mine, Statûs Consiliarie, Electoralis
Cameræ, nec non Sanctioris Senatûs
Præses Summe, Domine Benignissime,*
dico, addico, inscribo: quod ut facio haud
cunctabûdus, sine mora; ita sine pericu-
lo id me facturû persuadeo, inclytâ No-
minis Tui adoreâ, favorisq; singularis
in meos iudiciis multis motus. Eâdem
Veneratione & Te, *Vir Perillustris ac
Generosiss., Consiliarie Intime, Dire-
ctor Rerum Bellicarû vigilantissime,
Magisterq; Libellorum Gravissime,*
usque sum profecutus, nam, cûm SERE-
NISSIMO ELECTORI NOSTRO eam
probaveris fidem, ut ne latum ungvem
à publica salute discedendum iudicares,
hinc nemo est, quin Tibi spectari offi-
ciô laboret. In his Tui Cultoribus ne ul-
timus sim, & Tibi hoc observantiæ spe-
cimen exhibere contendo. Feretis be-
nignè,


nignè, VIRI PERILLUSTRES, qui
communem Reipubl. Salutem à pericu-
lis gravioribus consiliò & prudentiâ de-
fenditis; & optimarum artium discipli-
nas & literarû studia curæ Vestræ com-
mendata habetis, ut paucarum pagella-
rum hic foetus in se obscurus, lucis splen-
dorem ex Dedicatione hâc fœneretur.
Ita accipite hanc qualemcunqve animi
grati, & Vos venerari meditantis tesse-
ram, & me studiaq; mea divinò Vestrò
favore amplectimini. DEUS immor-
talis, quem arduis pro incolumitate Ve-
stra precibus defatigabo, Vos conser-
vet, ac bene agere, æternumq; valere
jubeat! Ita vovet & precatur ex animo

V. V. V.

Perillustum Nominum

Devotissimus Cliens,

Johannes Schmid.



PRÆLOQUIUM.




Quærenti mihi Materiam, quam mandatô Amplissimæ Facultatis Juridicæ SOLENNIS SPECIMINIS locô proponerem, ex variis, quas spatiosus Legum nostrarum Campus exhibet, variæ se obtulerunt. Tandem, cum diu deliberâssem, omnium maximè placuit Nobilissimum illud, De PERICULO MORÆ, s. Periculo, quod in mora est, Argumentum. Cujus prolixam hîc instituere Commendationem, haud operæ pretium esse duco; siquidem ejus utilitas nullô indiget elogiô, cum ipsa se satis ostendat, ut passim loquitur Jctus Ulpia-

PRÆLOQVIUM.

nus. Vid. *L. 1. ff. de Rest. in Integr. L. 1. ff. de Exercit. Act. L. 1. ff. de Trib. Act. L. 1. ff. de Appellat.* Frustra igitur est, rei jam satis demonstratæ aliquid addere *L. 1. §. 8. ff. de dot. præleg.* Interim à Te, B. L., submissè orandum mihi esse existimo, ut, si non omnia ad palatum tuum dicta videantur, conatum meum non temerarium in re tam difficili & periculosa, sed honestum in re laudabili pronuncies, id unice Tecum perpendens; diffusum esse hoc Thema magis, majoremq; desiderare Forenses experientiam, quàm à Juvene exigere licebit. Cùm autem universa tum demum benè gerantur, & competenter, si rei principium fiat decens, & amabile DEO, *Nov. 164. pr. L. 2. C. de O. P. P. A.* Et difficile sit, ut bonò peragantur exitu, quæ malò inchoata sunt principiò, *Can. 25. & 26. Caus. 1. qu. 1. Can. Omnes. 69. de Consecrat. dist. 1.* Idcirco & Nos, antequam ulterius progrediamur, manibus ad Cœlum erectis, æternum invocamus auxilium, DEO freti, qui & res penitus desperatas donare, & confirmare suæ Virtutis magnitudine potest, *L. 1. §. 2. C. de V. J. E.* Sit ille præsentis Disputationis Principium, Medium, & Terminus, *Nov. 109. pr.*

CAP. I.



CAPUT I.

DE

Periculo, quod in mora est, in genere, ejusq; Effectib. generalibus.

SUMMARI A.

I ngressus Disputationis.	n. 1.	Ejus fundamentum.	24.
Unde dicatur periculum?	3.	Contraria Legis explicatio.	25.
Prima Periculi acceptio refertur.	5.	Vox periculi generalior est, quam	
Casus fortuitus in genere quid denotet?	6.	C. F.	27.
Quid in specie?	7.	Pactum de periculo, an casus insolitos in se contineat?	30.
Ad quem pertineat?	10.	Affertur negativa.	31.
Limitationes.	11.	Ratio Negativa ex L. Fistulas 78. S.	
An suscipiens periculum teneatur de C. F.?	12.	fin. ff. de Contr. empt. petita.	32.
Comm. Dd. Sententia adducitur.	13.	Illatio ex h. L.	33.
C. F. interdum continetur voce periculi, interdum pro ejus opposito habetur.	14.	Contrarium nobis probatur.	34.
Medic. & Rauchbar. sententia.	15.	Vera predicta L. explicatio.	35.
Qua descenditur a Barbosa.	16.	Limitatio.	37.
Et declaratur exemplis.	17.	Casus Insolitissimus variè describitur.	38.
Artifices ad quam culpam teneantur?	19.	Nostra Sententia.	41.
Predicta opinio rejicitur.	20.	Vocis periculi acceptio secunda.	42.
Et declaratur.	21.	Tertia.	43.
Quod confirmatur.	22.	Quarta.	44.
In Conventione quid C. F. significet?	23.	Quinta & Sexta.	45. & 46.
		Eo Sensu varia LL. adducuntur.	47.
		Ultima Significatio h. l. est.	48.
		Vocis Periculi Synonymia.	49.
		A 3	Appel-

6 Cap. I. De Periculo, quod in mora est, in genere,

Appellatio ejus graca.	50.	Effectus Tertius.	83°
Periculum facere quid sit?	51.	Qui debentur vel per se, vel ex mora.	84.
Mora quomodo hic accipiatnr?	52.	Per se debentur vel in actione reali, vel quandoque etiam in act. pers.	85.
Alias quid denotet?	53.	Quos fructus suos faciat b. f. poss. in judicio in rem?	86.
Ejus dua species.	54.	Quid Praxis receperit?	87.
Mora ex parte Debitoris.	55.	Quid de m. f. poss. dicendum?	89.
Ex parte Creditoris.	56.	Qua regula observanda in act. in personam, quibus rem propriam petimus?	90.
Quot modis mora debitoris contrahatur?	57.	Adducuntur exempla rem explicantia.	91.
Earum differentia.	58.	An in Act. quoque person. quibus res petitur nondum nobis acquisita, fructus debeantur?	93.
Prima.	59.	Limitatur nisi post L. C.	94.
Qua illustratur exemplò Minoris.	60.	Ex Mora prestandi sunt fructus in omnibus Judiciis b. f.	96.
Hujus restrictio.	61. 62.	Quartus mora effectus, qui consistit in praestatione usurarum.	97.
Mora in heredes transitoria.	63.	Qua debentur propter moram in actionibus b. f.	98.
Alteri differentia.	64.	Ejus Limitatio.	99.
Interpellatio Judicialis quot modis fiat?	66.	Sed in stricti juris action: requiritur stipulatio.	101.
Extrajudicialis quomodo fiat?	67.	Exceptiones.	102.
An Interpellatio faciat morosum?	68.	Effectus Mora respectu Creditoris.	104.
Interpellatio extrajudici: tacita in quibus obligationibus obtineat?	69.	Definitio Periculi in Mora.	108.
Cur Debitor hic ipso jure constituitur in mora?	70.	Hujus Effectus generales ordinere censentur.	109.
An ulterior Creditoris admonitio in his requiratur?	71.		
Transitus ad Effectus Mora.	72.		
Primus.	73.		
Ampliatio ratione accessionis.	77.		
Effectus secundus.	78.		
Dilucidatur exemplis.	79.		
Quotuplex hoc interesse?	80.		
Nostra Sententia.	81.		
Ejus probatio.	82.		

Dum

DUM De PERICULO in MO-
 RA, quatenus id in sensu LL. considera-
 tur, Dissertationem quendam, conscriptu-
 rus sum, non necessarium eque, neque utile videri
 posset cunctis, si de verborum enodatione multa in
 medium proferre velim. Siquidem iis ipsis per se
 jam tum minimam inesse difficultatem, cuius primo
 quasi obtutu innotescat. At verò ne contra Dispu-
 tantium consuetudines agam, omittendò illa, quæ a-
 liis ne utiqvam negligenda videntur, Vocumque se-
 curus statim in limine suspensus hæream, operæ pre-
 tium esse duxi, in DEFINITIONEM PERICULI IN
 MORA tam *nominalem*, quam *realem*, aliquantò accura-
 tiùs inquirere, antequam ad alia pedem promoveam.
 Etenim juxta effatum ipsius Marci Tullii, in *Libro 1. suor.*
offic. propositum, omnis, qui de re quodam suscipitur,
 sermo, à *definitione* proficisci debet, ut intelligatur, quid
 sit id, de quo loquamur. Quod ut successu eveniat,
 feliciori, circa inquisitionem *Etymologiae* sive *derivationis*
 vocis, PERICULI, hoc unicum notamus, periculum dici,
 seu appellari à *perdendo* vel *pereundo*. Cujus non
 absimili allusione utitur Jctus in *L. Itaq; 12. in pr. ff. de Fur-*
tis. dum ait, qui non habet, quod *perdat*, *ejus periculo nihil*
est. vid Cujac. ad *L. 4. ff. de Reb. Cred.* Perire enim non
 potest, quod non est, *L. 116. ff. de V. oblig.* Panschman. *1. qu.*
17. n. 148. Sed quoniam in jure nostro variæ dantur *Pe-*
riculi significationes, operam Nos perdituros non existi-
 mo, si de vocis ambiguitate anxii, priùs eandem, tan-
 quam impediens, & invidam genuino verborum
 sensui, removeamus, ne alias in verbis quidem conve-
 nia-

5 niamus, in rebus verò & mente dissentiamus. Sic vo-
 6 cabulo *Periculi* (I.) denotatur *Casus fortuitus*, qui denotat
 in genere omne id, quod utcunque accidit forte fortu-
 na. Et hac ratione iterum variis accipitur modis; *A-*
liter enim involvit *Statum negotii, citra spem & ex inci-*
identi contingentis, sive speciem facti, ut in *L. 10. ff. de LL. L.*
16. ff. ad L. Aquil. & L. 63. ff. de Condict. ind. *Aliter* usur-
 patur *pro Eventu, intentioni prorsus contrario*, & interdum
 idem est, quod *secunda Fortuna*, §. 39. *Inst. de R. D.* ubi The-
 saurus casu fortuito inventus, opponitur ei, qui datâ
 hominis operâ, sive licitis, sive illegitimis modis, reper-
 tus est, quò sensu donum Fortunæ audit à Jcto Try-
 7 phonino in *L. 63. §. 1. ff. de A. R. D.* Sæpius verò idem, quod
adversa fortuna, significat, quâ scilicet nobis damnum affer-
 tur. In speciali verò acceptione *Casus fortuitus* est fata-
 le damnum, quod nulla solertiâ, prudentiâque humanâ
 provideri, aut averti potest ab eo, qui illud passus est.
 per *L. 2. §. 7. ff. de Administ. rer. ad civitat. pert. L. 4. C. de*
Peric. Tut. Sebast Medices in *Tr. de Casibus fortuit. p. 1. qu.*
12. n. 1. ita, ut cuivis Patrifamil etiam diligentissimo con-
 8 tingere possit, *L. 11. §. 5. ff. de Minorib.* Idque vel propter
Ignorantiam, Invincibilem scilicet & Justam, quodque consiliò
 humanò prævideri non possit, ut, si servus per fugam
 sese subducatur potestati Domini, *L. 23. ff. de R. I.* vel si quis
 omnem impendat operam, ac diligentiam in custodi-
 endis rebus, & tamen aliquæ ipsi surripiantur, *L. 35. §. 4.*
 9 *ff. de Contrab. emt. add. L. 14. §. 6. ff. de Furtis.* vel propter
majorem ejus vim, cui humana infirmitas resistere vix
 possit, *L. 1. §. 4. ff. de Obl. & Act. & d. L. 4. C. de Per. Tut.*
L. 15. §. 2. ff. locat. L. 18. pr. ff. Commod. d. L. 23. ff. de R. I.
 si quid scilicet vi naturali vel divina contingat, v. gr.
 inundatione aquarum, terræ motu, tempestate, in-
 lito

litò folis ardore. Unde *periculum in hoc significatu sum-* 10
tum à Nemine præstatur, sed ad rei Dominum specta-
re dicitur in l. 6. Cod. de Pignorat. act. l. 1. & l. 12. Cod. de Locato.
l. 23. in fin. ff. de R. l. nec non arg. l. 1. C. depos. l. incendium
11. C. si certum pet. Mevius P. 2. D. 220. n. 1. & D. 275. n. 1. Cu-
 jus tamen Asserti tres subnectere lubet *limitationes*, (1.) 11
 Si culpa aliàs præstanda, periculum præcedat, l. 11. §. 1. ff.
locat. l. 11. ff. de Neg. gest. l. 5. §. 4. & 7. ff. commod. Mev. d. D.
220. n. 3. & D. 275. n. 4. (2.) Mora debitoris interveniat,
per l. 12. §. 3. ff. depos. l. 3. §. 3. ff. de act. emr. vend. l. 23. ff. de V. O.
 Mev. d. Decis. ult. Vel deniqve (3.) speciali conventionione
 periculum casus fortuiti receptum fit, l. 1. Cod. de Commod.
 l. 1. §. 35. ff. depositi, & arg. l. 39. ff. mandati l. 5. §. 2. ff. commod.
 l. 9. §. 2. ff. locati.

Cujus occasione quæstionem multis hæctenus agi-
 tatam huc refero, nimirum, *An non is, qui generali pacto* 12
in se recepit periculum, semper teneatur de casu fortuito, an
verò tantùm se obligasse videatur ad custodiam, aut hæc non præ-
stita ad culpam? Hujus quæstionis resolutionem cum
 communis Dd. Schola ex substrata (prout loqui amant)
 materia, & intentione ipsorummet paciscentium desu- 13
 mendam censeat, effectum est, ut Legalis scientiæ Inter-
 pretes, quotquot eorum sunt, de maxima hujus rei ex-
 plicandæ difficultate conqverantur, inqve diversissimas
 opiniones abeant: Etenim, quia periculum *quandog;* 14
continet casum fortuitum, quandog; eidem opponitur, aliqui,
 (inter quos Sebast. Medices *de Cas. Fort. qv. 11. n. 21. p. 1. &*
 Rauchbar. *part. 2. qv. 29. n. 29.* non ultimum merentur lo-
 cum.) sic statuunt: *Hoc pactum de periculo non nisi unum* 15
gradum addere culpa, regulariter præstanda.

Nam, quando ex natura Contractus quis tenetur
 de culpa levissima, tum, si periculum pacto adjiciatur,
 de

10 *Cap. I. De Periculo, quod in Mora est in genere,*
de casu fortuito id accipiendum dicunt; Alioquin in
contractibus, ubi levis, vel levissima culpa de natura eorum non venit, recipientem pacto in se periculum, ad mediam, five summam illam diligentiam tantum adstringunt censent. Quorum sententiam etiam probat Barbosa in *Collect. C. ad L. 1. n. 16.* Exemplum hujus rei capias in Depositario, quem propter susceptionem periculi tantum dicunt obligari ad culpam levem, siquidem ex natura Contractus dolo saltim, & huic proximæ latæ culpæ adstringitur. Unde, si depositarium etiã de casu obligatum velit deponens, oportet eundem expressè convenire de casu fortuito, si namq; in genere susciperetur periculum, ad solam culpam hoc referretur. Aliud exemplum esse potest in Locatore operarum, qui, si conventionem in se receperit rei periculum, teneri dicitur in *L. Item queritur ff. Locati*, etiamsi vitio materiæ fracta sit gemma. Nam Artifices, cum se afferant rei alicujus peritos, ipsam quoq; materiam, utrum apta sit artificio, exacte novisse eosdem oportet, hinc de levissima culpa regulariter tenentur, per *L. Si merces 25. §. pen. ff. locati.* Itaque, si ejusmodi locationi pactum de periculo accedat, id operabitur, ut recipiens adstringatur casui fortuito.

20 At verò horum opinio minus nobis probanda videtur, ut ut enim periculum sæpius tantummodo culpam significet *l. 5. §. 7. ff. Commod. l. 18. pr. ff. de Dam. inf. & l. 37. §. 1. ff. de Neg. gest.* Id tamen in LL. nostris demum procedit, si res alicujus periculo esse dicatur, tunc enim in hac voce periculi idem juris obtinebit, (quod alias in materia culparum probe observandum) verba scilicet pro subjecta materia esse intelligenda, ex quo & illud, ut ex connexionem apparet, periculum quandoque

que esse, quod casus fortuitus, *l. 17. §. 2. ff. de Prescript. Verb.* quandoque culpam denotare, *l. 14. §. 16. ff. de Fur. 22*
tis, & l. 13. §. 1. ff. de Liber. causa. Ubi & Jctus inquit, res locatas, & commodatas nostro esse periculo, non verò res depositas, item *in l. 1. §. 35. ff. depos.* res depositæ periculo depositarii esse dicuntur, ita tamen, ut casum fortuitum haud præstet, & *in d. l. 37. §. 1. ff. de Neg. gest.* pecunia sub usuris credita, dicitur periculo esse alienum negotium gerentis, minus verò, si debitores casu facti sint non solvendo, nec non *in l. 40. ff. locat.* qui mercedem accepit pro custodia rerum, ad periculum custodiae præstandum adstringitur. Pro quo firmando plures adhuc alii juris nostri textus adduci possent.

Verùm, *Si qui per conventionem Periculum suscipiant, 23*
asserimus intrepidè, illos nihil aliud respexisse, quàm casum fortuitum, quod etiam Germani feliciter exprimunt, dicentes: *Er gebe es mir auff meine Gefahr.* Idque ipsum fundamentum habet *in l. 1. §. sæpe 35. ff. depos.* ubi ait Jctus: Sæpe evenit, ut res deposita, vel nummi *24*
periculo sint ejus, apud quem deponuntur, utputa: *Si hoc nominatim convenit* Quæ quidem verba, licet alii *25*
qui sic velint intellecta, quòd oporteat Paciscentes nominatim exprimere casus fortuitos, confer. Panschman. *1. quest. 6.* Attamen ex contextu satis est manifestum, *26*
L. alleg. de periculo tantum, ejusque susceptione loqui, quæ ipsa sententia etiam dubiò caret, si prædicto textui jungas, *d. l. 5. §. 2. ff. commod.* ubi expressa verba: si hoc ab initio convenit, ut & culpam, & periculum præstet is, penes quem res deponitur. Ex quo patet, *in* *26*
conventionibus per periculum non nisi casum fortuitum intelligi, & pactum de periculo esse sufficiens ad id, ut quis obligatus dicatur ad casum fortuitum, cum *in l.*

12 *Cap. I. De Peric. quod in Mora est, in genere,*

7. §. 15. ff. de pactis Ulpianus approbet pactionem, quâ ex causa depositi omne periculum suscipitur, nec, quâsi contra juris formam illam factam, non esse servandam pronunciet, quæ verba, si intelligas de culpa levi, & levissima, omni prorsus ratione dubitandi destituuntur.

27 Accedit etiam, quod hoc vocabulum periculum, plus in se contineat, quam casus fortuitus; comprehendit enim omnem casum, qui cum, vel absque culpa contingit. Genus enim est Periculum, casus verò fortuitus species, Panschman. 1. qu. 6. n. 4. vid. & l. 36. l. 59. ff. locati. & l. 1. C. eod. tit. l. Si Vinum venditum 1. & l. quod se

28 neg. 14 ff. de Per. & commod. rei vend. Consequens itaque erit, ut, qui periculum in se recepit, etiam de Fortuito Casu teneatur. Et hanc nostram sententiam tuentur quoque

29 Treutl. vol. 1. disp. 20. tb. 14. litt. D ibique; Bachov. Idem & dicendum putat Accurs. ad l. 1. ff. depos. & ad l. 1. Cod. eod. Tit. Harpr. ad §. 3. Inst. quib. mod. re cont. oblig. n. 32. & ad §. 2. J. eod. n. 40. Meier. in Colleg. Arg. t. depos. tb. 8. n. 10. juncta tb. 11. n. 8. Licet contrarium statuat Mevius Conf. 1. n. 88. quod scilicet appellatio periculi ad casum fortuitum non pertineat, a quo adeo, licet quis damnum & periculum in se receperit, non tamen teneatur pro casu fortuito, cum is appellatione periculi non veniat.

30 Aliud autem ex jam dictis renascitur dubium, An

31 hujusmodi conventio de periculo etiam pertineat ad casus insolitos, & raro admodum contingentes? Sunt equidem, qui hujus negativam strenue defendunt, puta Zanger. in Tr. de Except. P. 3. cap. 23. num. 4. Angel. Conf. 176.

28 Quos pressius sequitur Alex. in Conf. 28. in 2. dubio, vol. 1. ubi consuluit, conductorem non teneri de casu Siccitatis insuetæ, ut ut ad casum se obligaverit. Item Mantica lib. 5. de Tacit. & ambig. convent. c. 8. & Gail. lib. 2. Obs. 23. n. 18.

nec

nec non Mevius *Cons. 1. n. 64. & seqq.* Id quod etiam 32
 fundatum putant in *l. Fistulas 78, §. fin. ff. de Contr. empt.* in
 qua verba Leonis hæc habentur. *Frumenta, quæ in her-*
bis erant, cum vendidisses, dixisti, Te, si quid vi, aut tempestate
factum esset, præstaturum, ea frumenta Nives corruerunt;
si immoderata fuerunt, & contra consuetudinem Tempestatis,
agi Tecum ex emto poterit. Ex quo allegati Dd. hoc infer- 33
 re conantur, quod, si Nives moderatæ fuerint, & se-
 cundum consuetudinem, esset obligatus Venditor,
 cum hic casus sit solitus, & non insolitus, ad quem Ven-
 ditor, recepta in se casus improvisi præstatione, se ad-
 strixisse minime censendus.

Verum, si sensum Legis paulò penitiùs inspiciamus, 34
 statim elucescit, casum solitum, qui vulgo, & ex consue-
 tudine fit, pro casu fortuito non esse habendum, inde,
 qui periculum, sive casum fortuitum suscipit, ipsa no-
 minis vi admonente, simul cogitat de insolito, saltè in
 genere, cum omnes casus fortuiti sint insoliti, qui non
 sperantur, sed præter spem, & consuetudinem eveniunt,
 Dn. Stryk. in *Tr. de Jure Sens. diss. 10. c. 7. n. 35.* Quod ve- 35
 rò venditor in specie, à Labeone proposita, casus impro-
 visi periculum in se receperit, ex eo planum, quia soli-
 tum, & secundum consuetudinem non est, ut tempore
 instantis messis tanta vis nivis decidat, quæ segetem in
 herbis adhuc dum existentem, corrumpere possit.
 Quam quoque sententiam, tanquam omnium optimam,
 & magis communem, amplectitur, Carpzov. *P. 2. Const.* 36
26. def. 8. n. 3. Lauterb. in *Præl. ad ff. t. commod. pag. 229.*
 Panschman. *lib. 1. qv. 7. n. 3.* Vinnius in *29. Select. lib. 2. c. 1.*
 Communiter tamen admittunt limitationem in casu
 planè inusitato, vel insolitissimo, sic enim Periculo sive 37
 casui

- 14 *Cap. I. De Periculo, quod in Mora est in genere,*
casui se obligantem, insolitissimum non intellexisse di-
cunt, Bachov. *ad Treutl. vol. 1. disp. 29. tb. 6. lit. H.* Carpz. *d.*
38 *loc. n. 7.* Quis verò dicatur insolitissimus, & minimè co-
gitatus, non conveniunt Dd. Carpz. *d. loc.* insolitissimum
vocat, qui fortè mille annis semel contingit, de quo non
cogitarunt contrahentes, ut etiam ex Bart. loquitur Ja-
son. *Conf. 107. vol. 1. vid. quoq; Bernh. Græv. lib. 2. concl. 23.*
39 *confid. 4. n. 6.* Alii autem volunt, insolitissimum esse, qui
intra ducentos, vel centum annos semel contingit. conf.
Panschman. *d. qv. 7.* Alii deniq; Judicis arbitrio id com-
40 mittendum putant, Menoch. *de A. I. 2. lib. 2. cas. 89. in fin.*
Zang. *de Except. p. 3. c. 23. n. 3.* Tiraqv. *in l. si unquam. verb.*
omnia n. 31. C. de Rev. Don. Mev. d. Conf. 1. n. 92. Et seqq.
41 Nobis ea placet sententia, Casum insolitissimum
dici, qui per hominis memoriam vix contingit, idqve
ex eâ ratione, quia Contrahentes cogitare nequeunt
de iis, quæ per hominis memoriam contigisse non au-
diverint.
42 Verùm ad id, unde aberravimus, revertentes, di-
cimus (II.) *Periculum* accipi pro discrimine, & in pri-
mis Vitæ, quot: de Hominibus usurpatur, aut animan-
tibus aliis, quæ fatò pereunt, per *L. 13. C. de Transact.* un-
de se periculo subjiciens Vitæ renunciare existimatur,
per *L. 6. C. de Princip. agent. in reb. lib. XII. Tit. 22.* ibique
43 *Gloss.* Atque sic hoc respectu de damno, quod ad res,
& pecuniam referri solet, differre perhibetur. (III.) ca-
pitur pro chasmate, inundatione aquarum, ut in casu
44 *l. 10. in fin. ff. de per. Et com. rei vend.* Item (IV.) pro aco-
re, & mucore, si prædicetur de vino vendito, *l. 4. pr. Et*
45 *§. 1. ff. de per. Et com. rei vend.* Quin etiam (V.) *Periculum*
rerum interitum denotare, satis evincit integer *Tit. ff. de*
per. Et com. rei vend. in quo multa, ad notationem hu-
jus

jus vocabuli facientia, adducuntur. Tandem (VI) Su- 46
 mitur vox *Periculum* generaliter, pro quolibet damno,
 forte fortuna, mortalitate, vi majore, vel aliâ ratione,
 per dolum & culpam alterius contingente. Quô fen- 47
 su res nostro periculo esse dicitur, in quo non casum
 fortuitum, sed tantum dolum & culpam, eamque le-
 vem, vel levissimam præstamus. l. 13. §. 1. ff. de Liber.
caus. l. 1. §. 35. ff. de pos. l. 37. Pr. ff. de Negot. gest. l. cum plu-
res 60. §. locator 6. ff. locat. l. 25. ff. pro Socio. ex quo & il-
 lud, quod non raro in jure habeatur, aliquem teneri de
 periculo ex culpa, negligentia, vel contumacia. l. 39.
 §. 12. l. 40. ff. de Administ. Tut. l. 5. §. 7. ibi: periculum, quod
 culpa contingit ff. commod. l. 18. pr. ff. de dam. inf. Vinnius
 ad §. 2. J. quib. mod. re cont. obl. n. 40. Panschman. 1. qu.
 6. n. 32. & seqq. Bocer. cap. 3. n. 34. Atque hæc ultima 48
 significatio nobis quoque arridet, proindeque eandem
 in præsentiarum nostram facimus.

Remotis nunc diversis vocis *Periculi* acceptio- 49
 nibus, mittimus primam definitionis nominalis par-
 tem, adque secundam, & ultimam merito progredimur,
 quæ dicitur *SINONYMIA*, de cujus tamen explicatione
 non nimium erimus solliciti, siquidem notum, illam
 parum utilitatis instituto nostro allaturam, quare suf-
 ficiat, nosse, quod nonnunquam aliò nomine salutetur
Discrimen, ut in d. l. 13. Cod. de Transact. quodque idip- 50
 sum Græci exprimant per *πειραγή*, quasi periculum sit
 experimentum, seu tentamentum, memoriæ gratiâ in-
 stitutum, eo, quod raro quid sine periculo tentetur.
 Hinc periculum facere, idem denotat, quod experiri; 51
 sumtò simili ab Artifice, qui primum aliquod opus ex-
 cogitat, deinde efficit, ut postmodum hoc ipsum ex-
 poliet, & accuratori studiò absolvat.

Jam

Jam ordinis ratio efflagitat, ut ultima verba ipsi-
 52 us Rubricæ Disputat. nostræ IN MORA dispiciamus. Ac-
 cipimus verò hîc vocabulum *Mora* pro simplici ces-
 satione, ubicunqve aliquid tardiùs fit, cum meo dam-
 no *l. cum postulassem* 44. ff. de Damno inf. l. 21. ff. de judic. &
 l. 23. §. ult. ff. ex quib. caus. Maj. & c. l. 38. & l. 39. ff. de Usur.
 53 & fruct. Alioquin in sensu proprio, & quando de Mo-
 ra, ejusqve effectibus sermo est, denotat cessationem,
 & frustrationem, sive improbam dilationem præter-
 mittendi officii, in solvendo, recipiendove debito, alteri
 damnosam l. 3. §. 4. in f. & l. mora 32 ff. de Usur. & fruct. l. 5.
 ff. de Minoribus, l. 3. §. 1. ff. de Adim. Legat. Gædd. in comm. ad
 l. 233. n. 1. de V. S. vid. Dn. Stryk. de Purgat. Mora, cap. 1.
 n. 2. Nec non Treutl. vol. 2. disp. 3. th. 6. lit. A. Quæ poste-
 rior moræ acceptio, licet hujus loci non fit, nec quic-
 quam ad propositum nostrum faciat, attamen de mo-
 ra, etiam in hac significatione sumtâ, nonnulla disse-
 rere nobis animus est.

54 Formamus ergò duas diversas ejusdem species,
 55 quarum una Debitorem respicit, & in non præstando,
 56 altera ad Creditorem refertur, & in non recipiendo
 eo, quod justè oblatum est, versatur. Moram non re-
 cipiendi debiti, ad Creditorem aliàs restrictam, descri-
 bimus per Culpam Creditoris, non recipientis solutio-
 onem, quæ à Debitore idoneè oblata erat, unde aliquid
 detrimenti ad Debitorem pervenit. Moram verò non
 præstandi debiti, cum communi Dd. Schola dicimus
 Culpam Debitoris, prætermittentis solutionem ejus,
 quod post interpellationem, & convenienti locò, & op-
 portunò tempore factam, solvi debebat, ac poterat,
 cum aliquo Creditoris incommodo conjunctam.

Et

Et hæc contrahitur dupliciter, vel *ex persona*, vel 57
ex re ipsa. Ut autem constet, quid maxime interfit 58
inter moram ex persona, & ex re, hanc vulgò sta-
tuunt differentiam, quod (a) *Mora ex re*, cum in re so- 59
lùm mora sit, finitâ causâ, propter quam mora reci-
pitur, desinat mora fieri. Exemplum capias in cau- 60
sâ Minorennis, cui, si debitum tardius, ac fas est, solva-
tur, in ejus favorem receptum, ut debitor ipsô jure in
mora ponatur. *l. 3. C. in quib. caus. in integ. rest. necess. non*
est. B. Dn. Brunn. ad l. 5. Cod. de Act. emt. l. 87. §. 1. ff. de Le-
gat. 2. & Cent. 3. Dec. 40. n. 5. Sed si minor ad justam æ- 61
tatem perveniat, statim mora committi desinit, nec
gaudet amplius hoc privilegiô minor, quod propter
ætatem ipsi erat indultum. *d. l. 87. §. 1. ff. de Legat. 2. cum*
privilegium ad certum tempus restrictum, contra Le-
gis mentem post lapsum temporis non perduret, arg.
l. 8. ff. de Post. Idem dicendum, si ipse minor, non re- 62
lictô successore, vitam cum morte commutet. *arg. l. 68.*
ff. de R. I. quia hic reverâ mora non fuit, sed benefici-
um tantummodo personæ competens, quale quod est,
ad heredes non transit, sed cum morte personæ, cui
quasi cohærebat, expirat. *l. 13. ff. Solut. matrim. Richt.*
de Privileg. Credit. 4. sect. 1. n. 78. Gædd. de Contrab. stipulat.
c. 11. n. 55. Kohl. Exerc. 13. n. 32. Mora verò, *ex persona* semel
cæpta, deinceps in re perseverat, nec tempore aut
personis postea mutatur, sed in heredes transitoria est.
l. Titia Sejo. 87. §. usuras 1. ff. de Leg. 2. nam heres omnia vi-
tia & commoda defuncti induit, *arg. §. 7. Inst. de Usuc. &*
l. 11. ff. de Divers. tempor. præscript. Et mora defuncti 63
debitoris, etiam Heredi ipsius nocet. *l. 27. ff. de Usur.*
Ergo moræ facientis effectus transmittitur in heredes,
vid. Cujac. *ad Afric. mibi. Tit. 2. p. 2079.* (b.) *Quod Mora* 64
C ex

ex re solâ solutionis tardatione, ipsô jure, nec interveniente hominis factô, citra interpellationem nascatur, 65 Hahn. *ad Tit. ff. de Usur. num. 3.* Sed *Mora ex persona*, ita dicta, quia oritur ex interpellatione personæ Creditoris, cui quid debetur, Arum. *in Tr. de Mora, c. 5. n. 2.* Wilsenbach. *ad ff. def. 42. tb. 14.* contrahitur per interpellationem in judicio, quæ fieri intelligitur, vel litis contestatione, arg. 1. & 2. c. *de Usur. & fruct. leg. l. fid.* vel cum Creditor libellum offerat parti, ita ut sub prætextu ignorantia debitor se excusare non possit, quò ipsô hic statim constituitur in Mora, Arum. *d. l. n. 13. L. 1. C. de Usur. rei judic. vel judici, ut eundem transmittat debitori.* De hac tamen interpellatione pluribus videri potest, Kohl-Exerc. 14. *per tot.*

67 Nec minorem effectum tribuimus interpellationi, extra locum judicii, per privatam admonitionem, l. 23. *ff. de V. O.* Dn. Stryk. *de Purgat. Mora, c. 1. n. 12. & seqq.* licet unicam, Dn. Stryk. *d. l. n. 16. & seqq.* expressè factæ, quando nimirum debitor verbis perspicuis, vel ab ipso Creditore, vel ab alio ejus nomine & jussu l. 24 §. 2. *ff. de Usur. & fruct.* Treutl. *vol. 2. disp. 3. tb. 7.* intervenientibus Testibus, l. 122. *pr. & §. 3. ff. de V. obl.* legitimè interpellatus de solvendo, non solvit, quod ipsi solvendum incumbat. L. 32. *pr. ff. de Usur. & Fruct.* Hoc tamen observatô ex l. 105. *ff. de Solution.* ut aliquis non statim morosus sit appellandus propter interpellationem juxta LL. factam, sed non minus ex humanitate, quam necessitate, quò rem, quæ non est in expedito, promissor conquirat, vid. Cujac. *ad l. 118. in fin. ff. de V. O.* aliquod temporis spatium ipsi concedendum, idque pro arbitratu boni viri determinandum esse, non sine ratione putat Tiraqv. *de Rectr. consangv. §. 1.* cum incivilis sit Creditor,

ditor, qui statim cum Sacco Creditorem adit, præd. l. 105. Atque hæcenus dicta sufficiant de interpellatione extrajudiciali expressâ.

Jam pauca quædam adhuc restant notanda circa interpellationem extrajudicialem tacitam, sive quasi. Constat autem, hanc suam vim potissimum exserere, in obligationibus in diem, si nimirum ex dispositione Legum, vel conventionem hominum, certum tempus faciendæ solutioni præfinitum, l. 2. C. de Jure emphyt. Arum. cap. 4. n. 40. l. 12. C. de Contrab. stipulat. l. 9. pr. ff. de Usur. & c.

Dn. Stryk. d. n. 23. Et hisce casibus ab ipsa die debitor in mora ponitur, cum ipse dies interpellat pro homine, & fictio juris sit, quasi interpellatio intervenisset, d. l. 12. C. de Cont. stipul. & d. l. 2. C. de J. Emphyt. Treutl. vol. 2. disp. 3. eb. 7. lit. D.

Hinc ulteriorem Creditoris admonitionem non esse necessariam, patet ex sæpius alleg. L. magnam. 12. add. Menoch. de Cas. c. 220. n. 23. & seqq. & Cas. 498. n. 60. & seqq. cum is, qui semel certior redditus, de novo certiorandus non sit, Cap. eum, qui certus, de R. l. in sexto. Dn. Stryk. d. l. Mev. Cent. 3. D. 11. n. 5. Dn Pott. Special. dissert. Dies interpellat pro Homine, Jena habita.

Explicatis nunc breviter vocabulis, Periculi, nimirum, & Moræ, absolutisque eorundem definitionibus, paucis subnectemus Effectus Moræ, qui in jure varii sunt.

Primus est, ut interitus rei, ejusque periculum ad Moratorem spectet, l. 5. ff. de R. C. l. 108. §. 11. ff. leg. 1.

vid. de hoc pluribus B. Dn. Brunn ad l. 4. C. de Usur. & fruct. Carpz. 7. F. p. 2. c. 26. d. 25. Mev. P. 2. d. 357. n. 18. & p. 5. d. 43. n. 5. & d. 45. n. 3. & Conf. 69. n. 57. ita, ut si res perierit, ejus æstimatio, juxta tempus interitus instituta, à debitore præstanda sit, per l. 23. ff. de Const. pec. l. 47. §. 2.

C 2

- § 6. ff. de Leg. 1. nec non l. 3. ff. de Condict. Triu. Boër. decis.
 68. n. c. adeoque, si Venditor sit in mora tradendi rem
 venditam, periculum ad ipsum spectat, l. illud 17. ff. de Pe-
 ric. § Comm. rei vend. § l. 4. C. eodem, quia mora culpæ
 species est, C. Mora. 25. de R. l. in óto. Et Mora cuiusvis suæ,
 non aliis nocere debet, d. c. 25. Carpz in jur. F. p. 2. C. 26.
 def. 25. conf. Dn Frieſe de Per. rei vend. § nondum trad.
 75 Post litis contestationem verò opus est sententiã, quã
 condemnetur rem ipsam præstare debitor, cui postli-
 tem contestatam animal debitum demortuum, l. Si ho-
 mo 8. ff. de Re judic.
 76 Cæterùm quod dictum superius, Periculum, cui
 adstringitur morosus, pertinere ad debitorem, non re-
 stringendum esse ad solum *damnum*, quod in re ipsa ver-
 satur, sed ad ejus quoque accessionem extendendum id, cen-
 77 ſeo cum Donell. lib. 16. c. 2. Cùm verò hujus Accessio-
 nis à Dd. tres communiter formentur species, alia ejus
 quod interest, alia usurarum, alia verò fructuum, hinc
 78 dicimus, Moram (2.) id operari, ut Morosus obligetur præ-
 79 stationi interesse; sin ergo aliquis promiserit, se quid datu-
 rum, vel confecturum, post moram dantis vel confici-
 entis, ejus, quod interest, ratio habenda per l. 1. ff. de Act.
 emt. Dn Struv. Exerc. 44. tb. 5. add. Gothofred. in Not. ad
 d. l. 1. nec non Dn. Stryk. de hoc prolixius agens in vol.
 80 1. suar. disput. cap. 4. Neutiquam tamen hoc intellectum
 volumus tantùm de interesse cessantis lucri, & tempo-
 81 ris præsentis, sed procedit id quoque in interesse damni
 82 emergentis, & futuri temporis. Cujus probationem
 pete ex l. 2. ff. locati, ubi refertur casus de Colono, à lo-
 catore impedito, quò minus re sibi conductã frui que-
 at, & dicitur ibi à Jcto, eundem statim agere posse to-
 tius quinquennii nomine, quamvis reliquis in annis
 Do-

Dominus frui patiatur fundô. Ex quo satis patet, moratorem condemnari posse per sententiam judicis ad interessè etiam futuri temporis.

Tertium, quod mora Debitoris operatur, sunt Fructus, quorum duplex est causa. Aut enim quæritur, an fructus debeantur *per se*, & *ex natura actionum*, an debeantur *ex Mora*? Ex natura actionum debentur *vel in actione reali*, quoties res propria petitur jure domini, quod fit in rei vindicatione, *per l. 25. §. 1. & seq. ff. de Usur. & l. Fructus non, cum 2. seqq. ff. de R. V. vel etiam quandoq; in actione personali, quâ quis petit id, quod jam antea suum erat, l. 15. ff. de Cond. indeb.*

Videamus igitur de actione in personam; quippe, si in rem agatur, b. f. possessor Fructus perceptos quoscunque sibi lucratur, *conf. §. 35. Inst. de R. D. l. 28. ff. de Usur. & Fruct. l. 13. ff. quib. mod. ususfr. amitt. Vinn. lib. 1. qv. 26.* quamvis in Praxi de consumtis, quorum de jure aliàs securus erat, *arg. d. §. 35. l. de R. D. item, §. 2. l. de Off. jud. l. 4. §. 2. ff. Fin. reg. in tantum teneatur, in quantum ex illis locupletior factus, vid. Carpz. P. 3. Const. 32. def. 28, Struv. in Jprud. lib. 2. tit. 13. §. 6. Grœneweg. ad l. 22. C. de Rei vind.* quamobrem patet, fructus fieri bonæ f. possessoris ex natura b. f. Sed si prædo sit, (ita enim appellant LL. m. f. possessorem) neque perceptos neque percipiendos unquam facit suos *d. l. 22. & d. §. 2. l. de Off. jud. & §. 35. l. de R. D. l. 2. C. de Fruct. & lit. exp. Carpz. P. 3. Const. 32. def. 30.* Hinc meritò cum Jcto in L. videamus *38. ff. de Usuris*, investigamus causas actionum in personam, in quæ illis cum eo talem formamus regulam: *ubi restituendum est aliquid, fructus ex natura restitutionis veniunt, non ex mora.* Exempla prostant in Condict. indebiti, quia solutum per errorem indebitè, cum omnibus

92 accessionibus, & fructibus repetitur; Aliud exemplum
 peti potest ex donatione mortis causâ facta, convalescente donatore, quæ itidem cum fructibus inde perceptis restituenda venit, item ex Faviana & Pauliana actione, quando vel libertus, in fraudem portionis Patrono debitæ, vel debitor, in fraudem Creditorum, quid
 93 alienaverit. *Sed si actione personali rem peto, quæ mea nunquam fuit, respondet ipse Jctus in superius alleg. L. videamus.* etiamsi mora facta sit, fructus non deberi. Sabino tamen autore, ex æquitate post litis contestationem fructus sunt præstandi. Ratio ejus rei redditur à Papiniano in *L. 2. ff. de Usur. & c.* quoniam, inquit, quale quidque est, cum petitur, tale dari debet.

95 Aft hæc dixisse satis sit de Fructibus, quatenus ex
 96 natura actionum restituuntur. Jam id notabimus, ob
Mora admissionem restituendos esse fructus in omnibus b. f. actionibus. l. 32. §. 2. & l. 34. ff. de Usuris & c.

97 Quartum denique Moræ operamentum constituunt
Usuræ l. 19. ff. de Per. & comm. rei vend. l. 3. ff. de Usur.
 98 Quas deberi in judiciis b. f. à tempore moræ extra dubitationem est *l. 32. §. 2. ff. de Usuris.* Carpz. *P. 2 Constit. 30. def. 8. n. 4.* Quamvis hoc etiam perpetuum non sit. Nam in act. Neg. gest. quam vel illi, qui saltem à limine salutarunt jura nostra, sciunt esse jud. b. f., si consuetudo ejus, cujus negotia sunt gesta, id ferat, ne otiosæ sint pecuniæ penes Negot. Gestorem, usuræ sine mora debentur *L. qui semisses, §. 1. ff. de Usur. & c. L. atquin natura. 19. §. non tantum. 4. L. 31. §. 2. ff. de Negot. gest.* Atque hinc est, ut in *L. qui sine usuris, 38 eod. tit.* Si debitor gerat negotia Creditoris, ubi primum exigere potuit usuras, statim debet.
 101 In strictis verò judiciis stipulatione fere opus est, conf.
 102 *L. 3. C. de Usur.* excepto eò, quod in *Trajectitia pecunia ex nudo*

nudo pacto præstentur usuræ per *L. 5. §. 1. & 7. ff. de Naut. Fœn.* quodque moribus Jure Imperii etiam in *Mutuo* ob
 admissam in restituendo moram concedantur usuræ
 per *R. Imp. de Anno 1600. §. Soviel nun. Mev. P. 4. dec. 205.*
& p. 7. d. 2 n. 6.

Et hætenus de eo, quod operatur *Mora respectu*
Debitoris. Ut ergo in viam redeamus, tribus quasi ver-
 bis etiam agemus de *Mora, respectu Creditoris* considera-
 ta, quid nimirum in illo operetur? Quare, sicut *Credito-*
rem oportet interpellare congruò locò & tempore, par
 quoque est, ut *Debitor* offerat opportunò locò, & tempo-
 re, alioquin *justam Creditor* haberet non accipiendi
 causam, per *L. 17. ff. de Const. Pec. l. 122. in pr. ff. de V. O.* quâ
 oblatione legitime factâ, *Creditor (a)* sustinet interitum
 rei debitæ *l. 39. & 72. ff. de Solut.* in quo nihil separatim ha-
 bet à *Mora Debitoris (b)* subjicitur periculo fructuum,
 ita ut *Debitor* post eam, non teneatur, nisi de perceptis,
l. 9. ff. de Solut. matr. (c) Denegantur ipsi actiones post
 interitum rei *l. 30. ff. de Solut. d. l. 72. §. eod. t. Mev. Conf. 69.*
n. 57. p. 2. D. 200. 201. 202. 203. p. 3. D. 413. & p. 5. D. 43. per tot.

Hiscæ de variis vocis *Periculi* significationibus, ut
 & *Mora* divisionibus, atq; Effectibus, jam nunc præmis-
 sis, sequitur ipsa rei definitio, quid scilicet sit *Periculum in*
Mora? Describimus autem ita: PERICULUM IN MORA
 EST DAMNUM, quod ex dilatione, & procrastinatione
 nostra, vel alterius, aliave causa, imminet. Cujus in Jure
 nostro haud pauci recensentur Effectus, scilicet: Quo-
 ties *Periculum* ex *Mora* extimescendum, toties à Regu-
 lis Juris Cõmunis receditur, *L. de Pupillo. 5. §. praterea. 12.*
ff. de Novi Op. Nunc. Gail. 1. Obs. 13. n. 4. Obs. 16. n. 9. Obs. 78. n.
7. Carpz. P. 1. c. 29. D. 15. n. 5. Mev. P. 1. Dec. 167. n. 6. p. 3. D. 146.
n. 2. p. 6. d. 215. n. 3. Et *Dispositio Juris* prohibitiva in his
 remittit-

24 *Cap. I. De Periculo, quod in Mora est in genere,*
 remittitur, quia mora malorum sæpe dat causas. *d. L. de Pupillo 5. §. Si quis rivus. 11. ff. de N. O. N. l. Si quis Filio. 6. §. quid tamen. 9. ff. de Injust. rupt. irrit. Test. l. 1. ff. de Dam. inf. l. 1. ff. de Exerc. Act.* ubi dicitur, interdum locum, vel tempus non pati plenius deliberandi consilium Gail. *d. Obs. 13. n. 4. §. 2. Obs. 130. n. 7. §. l. 1. de Pac. publ. cap. 5. n. 11.* Ubi moram res non recipit, præveniendi periculi causa, Processus legitimus omittitur, tantum saluti consulitur *d. L. 6. §. 9. ff. de Injust. rupt. irrit. fact. test. Mev. d. P. 3. D. 164. n. 2.* Fromman. *disp. de judic. ord. §. summar.* Periculum, quod in Mora versatur, dilationem nullam patitur, Gail. *1. Obs. 102. num. 4.* Ubi periculum in mora est, nec temporis, nec loci, nec alterius solennitatis judiciariæ ratio habetur, Carpzov. *P. 1. c. 29. d. 16. n. 5. & in Proc. tit. 21. art. 1. num. 33. §. 34.* Hinc ante tempus agi potest Bald. *in L. 10. C. mand.* Vel tempore aliàs illicito ut in feriis solennibus *l. 1. §. 2. l. 3. ff. de Feriis.* Et in genere ob imminens Moræ periculum multa permittuntur, quæ aliàs non conceduntur, post Mantuæ *Singul. 118. Card. Tusch. Concl. lit. P. concl. 282. n. 15.* Ratione moræ aliquid fit, quod aliàs non fieret Matth. de Afflict. *dec. Neapolit. 150. n. 4. Mascard. de Prob. concl. 824. n. 22.* quid quod;
 117 Periculum in Mora reddit licitum, quod aliàs foret illicitum, Coler. *de Proc. Execut. p. 2. c. 3. num. 421.* cum expediat, periculosos casus prævertere, nec expectare, donec noceant, Wesenb. *ad ff. tit. de his, qui dejecerint, n. 8.*
 118 Immo elius est, in tempore occurrere imminentibus periculis, quam postea medicinam & remedium querere, *l. 1. C. quando liceat unicuique sine iudice, §. c. l. fin. C. in quib. caus. in Integ. rest. nec: non est.* Et hæc de Generalibus periculi in mora Effectibus differere placuit. *Speciales verò Effectus in sequentibus specialiter proponuntur capitibus.* Sit itaque

CAP. II.

CAPUT II.

DE

Periculo in Mora ratione

Personarum.

SUMMARI A.

A Natura omnes sunt liberi.	1.	Adfertur Exemplum ex Capitu-	
Servitutis origo.	2.	lat:	22.
Quomodo cum hoste agendum?	3.	Quid juris in reliquis Imperii Sta-	
Censura Scipionis Africani.	4.	tibus?	24.
Naturalis hominum cognatio.	5.	Quid in Hispania observetur?	25.
Servitutis descriptio.	6.	Non obstantia nostra assertioni.	26.
Servitutem esse contra Naturam,		Effectus Privilegii Immunitatis	
quo sensu dicatur?	7.	tempore necessitatis.	29.
An Servi possint occidi?	8.	Ejus rationes.	30.
Affirmativa de J R.	9.	Restrictio ad casum extrema ne-	
De Romanorum Crudelitate.	10.	cessitatis.	31.
De Humanitate Germanorum.	11.	Applicatio Dictorum de Imperato-	
Abrogatio Juris Vita ac necis.	12.	re ad B. Ducem.	32.
Distinctio questionis.	13.	P. P. qualis olim fuerit?	33.
Fides etiam hosti data servanda		Num Patri quoque competat Fa-	
est.	14.	sultas interimendi liberos ob	
Quam fallere turpe est.	15.	periculum Mora?	35.
Utrum B. Dux promissâ captivis		Negativa defenditur ob duplicem	
securitate, illos interficere pos-		rationem.	36.
sit ob periculum in Mora?	16.	Hujus Ampliatio.	39.
Decisio Affirmativa.	17.	Exceptio.	40.
Affertur duplex ratio.	18.	Quo jure distractio liberorum ob	
Hac D. Promissio quomodo capi-		periculum Mora, Patri conces-	
enda?	20.	sa?	41.
Num Imperator recedere possit à		An illa Matri quoque competat?	42.
LL. Imperii fundamentalibus		An apud Israëlitas quoque fuerit usi-	
propter periculum Mora?	21.	tata?	46.
		D	AN

<i>An L. 2. C. de Patribus &c. etiam locum habeat in filio unius, vel plurium annorum?</i>	47.	<i>Limitatur: dispensante Confistorio.</i>	79.
<i>Affirmativa.</i>	48.	<i>Idem, si Proclamatio unâ vice facienda.</i>	80.
<i>Restrictio hujus distractionis reprobatur.</i>	50.	<i>Quid si sit Periculum in Mora?</i>	81.
<i>Ejus extensio.</i>	51.	<i>Affirmativa defenditur.</i>	83.
<i>Utrum hoc moribus observetur?</i>	53.	<i>Copulatio regulariter fit in Templo publica.</i>	84.
<i>Negativa defenditur.</i>	54.	<i>Quid si Periculum in Mora?</i>	85.
<i>Ejus limitatio, quoad Hostes infideles.</i>	55.	<i>Quid juris, si sponsus de fuga suspensus?</i>	87.
<i>Num Filius ita venditus Servus efficiatur?</i>	57.	<i>An Magistratus Politicus decernere possit copulationem propter Periculum Mora?</i>	88.
<i>An redimi possit?</i>	58.	<i>Ratio dubitandi.</i>	89.
<i>Quot sint causa? P.P.</i>	59.	<i>Affirmativa defenditur.</i>	90.
<i>An metu mortis adactus ad ineunda sponsalia, cessante metu ab eis resilire possit?</i>	60.	<i>Legitima Liberorû Nativitas.</i>	92.
<i>Casus diversus refertur.</i>	61.	<i>Varia Tutorum Constitutio.</i>	93.
<i>An post spontaneam Matrimonii promissionem à juvene in stupro deprehenso, nimiumq; verberibus onerato factam, penitentia locus sit?</i>	62.	<i>Eorum officium.</i>	94.
<i>Quid si dolus intervenerit?</i>	64.	<i>An Tutor ante Judicis decretum administrare teneatur?</i>	97.
<i>Negativa defenditur.</i>	67.	<i>Ejus exceptio.</i>	98.
<i>Bina sponsalia infamiâ juris notantur.</i>	70.	<i>Quid Tutori observandum circa rerum alienationem?</i>	99.
<i>Sequestratio Sponsae.</i>	71.	<i>An idem, si P. sit. in M?</i>	100.
<i>Et Uxoris.</i>	73.	<i>Quae vocentur res, quae servandô servari nequeunt?</i>	101.
<i>Quid circa sponsalia moris sit?</i>	74.	<i>Communis earum Appellatio.</i>	102.
<i>De publica Proclamatione.</i>	75.	<i>An Tutor cogi possit, ad Auctoritatem interponendam?</i>	103.
<i>An hac possit omitti?</i>	77.	<i>Placet Negativa.</i>	104.
		<i>Excipitur casus, si Periculum sit in Mora.</i>	105.

Primævam hominum Naturam omnes
 produxiffe æquales ac liberos, cum Servitus ei fu-
 erit incognita, notiffimi juris est ex *Princ. Inst. de*
Libert. & L. 32. ff. de R. I. Sed postquam, usu & ne-
 cessitate exigente, eò adactæ sunt Gentes, ut communi
 omnium consensu jura belli introduxerint, inq̄ve illis
 captivitates permiserint, secutum omninò, servitutum
 ipsam invasisse ingenuitatem, prout loquitur Imperat.
in pr. l. de Libert. & homines, alioquin à natura in liberta-
 te natos, tandem effectos esse Servos, dum prædicta
 Gentium necessitas ex duobus malis, minus eligendum,
 svadebat. Etenim Hostes & Violatores Juris Gent.
 quando devicti, in eum redigendi veniunt statum, ut
 victori nullâ ratione amplius nocumentò esse queant.
 Hinc omnes forent trucidandi, urbes evertendæ, nec
 non oppida devastanda; Idq̄ve etiam est, quod jam
 Romæ censuit Scipio Africanus, Chartaginem fun-
 ditus delendam dicens, si Roma vivere cuperet,
 quieta.

Verùm enim verò hominum prudentia in
 memoriam revocans cognationem illam, quam
 ipsa Natura inter omnes constituit, *L. 3. ff. de J. & J.*
 mitiorem invenit viam cum hostibus agendi, occiden-
 dos scil. servandò, eosq̄ve in servitutum detrudendò, i-
 deò, quòd servitus, ut servarentur homines, introdu-
 cta, *per §. 3. l. de Jure Pers.* Quò sensu quoque Servi-
 tus contra naturam dicitur, *§. 1. l. d. Tit. b.* contra pri-
 mævum hominum statum, *d. L. 32. ff. de R. I.* Servitus
 autem est contra Jus Natur. in Thesi, non verò contra
 jus naturæ in hypothesi, quod urget, hostes aut esse
 omnes occidendos, aut servituti mancipandos, Manz.

- ad §. 2. l. de J. Perf. Circa quas Servilis conditionis personas haud immeritò jam inquirendum, *utrùm pro lubitu interimi possint, deducta semel in servitutem?* Jure Romanò antiquò affirmativa sententia extra omnem dubitationis aleam erat posita, competente nimirum Dominis in servos jure vitæ necisque. Nam servi hòc jure quadrupedib⁹ comparabantur, per L. 2. §. 2. ff. ad L. Aquil. Quadrupes autem impunè occidi posse, neminem inficias ire puto. At verò cum Romani hanc suâ potestate, de J.G. ipsis concessâ, abuterentur, scævissimè scævius jus domini in servos exercentes: quod exemplò pueri, ob vas crystallinum tractum Murcænis objecti, probat Seneca, lib. 3. cap. 40.: Secus ac Germani, qui humaniter iisdem usi sunt, teste Tacitò de Moribus Germ. Bacch. ad §. 2. J. de his, qui sui, &c. & præterea unumquemque de rebus suis ita disponere oporteat, uti dignum & honestum videtur, §. fin. l. de his qui sui, vel alieni &c. tandem hoc jus vitæ & necis, utpote rationi naturali contrarium, sanctionibus Antonini Pii, & Constantini Imperatoris, meritò est improbatum, L. 1. §. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni Jur. L. un. Cod. de Emend. serv. Bacch. in Comment. ad ff. de Stat. hominum. Tit. de Potest. dom. num. 1. ita ut nemini hodiè servum sine causa, legibus cognitâ, interficere liceat, nisi æquali pænâ sese affectum velit, quâ aliàs tenetur ex L. Cornelia de Sicariis, liberum hominem occidens, Manz. ad d. §. 2. n. 8. Cùm Crudelitatis sit species, in bello servatos, postmodum necare velle.
- 13 Jure autem modernò cum distinctione dicimus; Captos in acie certò respectu & posse interfici à Victore, & non posse. Nam si nulla gratia ipsis facta, jus occidendi semper salvum manet capienti: Quem casum

sum etiam respexisse censetur Grotius, captivos occi-
 di posse defendens, *Tract. de J. B. & P. lib. 3. c. 4. num. 10.*
 quàm primùm verò iis securitas promissa, quod Ger-
 manis sic effertur, so bald ihnen Quartier gegeben/ jus
 hoc illi amplius non competet. vid. præcog. Dn. Stryk.
Tit. 8. §. 1. Quia fides etiam hosti data servanda est, juxta 14
cap. noli existimare 23. qu. 1. Reink. l. 2. de. R. S. & Eccl. d. 1.
c. 2. n. 16. Ott. de J. P. c. 8. Grot. lib. 3. de J. B. & P. c. 19. n. 1.
Ayala de J. & Offic. Bellic. l. 1. c. 6. B. Dn. Rohrt de Occisore
Impuni, c. 7. §. 10. & seqq. Quam semel datam fallere, tur- 15
pissimum censet Chassan. de Glor. Mund. p. 3. Conf. 41. Peck.
in C. mutare consilium. n. 5. de R. J.

Ut autem ad rem propiùs accedamus, quæri- 16
 tur ulterius, *Utrum summus Belli Dux, non obstante pro-*
missione, de Vita Captivis conservanda, eosdem interimere
valeat ob Periculum in Mora? Videlicet, si hostium agmen
 tanto cum impetu in Nostrates (qui ex hostibus ca-
 ptivos tenent) irrueret, ita ut periculum subesset, ne
 captivi amplius salvari possent, sed in hostium manus
 iterum perventuri viderentur. Et interneccionem. 17
 hoc in casu licitam esse, assero, nisi hâc ratione;
 Quia nova & inopinata causa supervenit, de qua tem- 18
 pore promissionis non cogitasse præsumitur miles, gra-
 tiam faciens. Accedit & publica utilitas, hoc svadens; 19
 hostem esse occidendum, si captivus non possit dedu-
 ci, ne alioquin viribus rursus collectis, Rempublicam
 semel liberatam denuo invadat, eamqve iteratis vici-
 bus damnô afficiat. Promissio verò Ducis semper, 20
 REBUS SIC STANTIBUS, intelligenda, quamdiu scil. ca-
 ptivi ullô modô servari possint, cum ex promissione
 ulterius non sit obligatus, ne alias ad impossibilia sese
 adstrinxisse censeatur.

- 21 Attamen dictis minùs leviter adversari videtur, ipsimet IMPERATORI fas non esse, ob in *Mora periculum* à Legibus Imperii fundamentalibus recedere, atqve ita juri Gentium vim quandam inferre; Hòc quippe
- 22 urgente, Promissis simpliciter esse standum. Cujus illustri-
 23 timum esto exemplum, Si Imperator in casu sum-
 mæ necessitatis, quæ moram non fert ullam, exigere collectas velit à Romanis civibus. Haud aliter enim illi hoc concedendum, quàm juxta IMPERII Constitutionem, per *Art. 17. Cap. Leopold.* Ubi sequentia referuntur verba: auch wir in zugelassenen nothdürftigen unverzüglichen Fällen die Steuer = Auslagen anders nicht/ als nach Aufweisung berührten Frieden = Schusses ansetzen/ noch aufschreiben. Idemque repetitum in Capit. Josephi *art. 16.* Nam absque consensu Procerum nova tributa, præter ea, quæ in *d. Capit.* expressa, imponendi, vel vetera adaugendi, jus non habet, etiam urgente necessitate, comprobante id Heig. *part. 1. c. 18. nmu. 7.* Sleidan. *Lib. 1. Comment. de Statu Relig. p. 29.*
- 24 Mynsing. *Cent. 5. Obs. 31.* Idem quoque observatur communiter à Principibus ac Statibus Imperii. Ideoque, si vel publica utilitas collectas exigat, aut evidens necessitas, (putà defensio Patriæ, aut Domini captivi redemptio,) illas extorqueat, cum deliberatione subditorum, aut qui eos repræsentant, Tributa exigere solent. Frider. *de Mand. 2. cap. 44. n. 7. & 7.* Gail. *de Arrest. c. 10. n. 17.* Boc. *de Collect. c. 4. n. 8.*
- 25 Nec mirum, cum id in Hispaniæ Regnis etiam obtineat, & adeo quidem, ut, quamvis Hisp Rex absolutus esse videatur, tributa tamen indicare non possit, nisi ea in Comitibus generalibus à Procuratoribus Civitatum concedantur, teste Myler. ab Ehrenbach. *de Princ. & Statib. J. R. G. p. 2. cap. 62. n. 7.*

Verum hæc omnia nostram assertionem de ne- 26
 candis captivis, periculô in mora existente, labantem
 non reddunt; siquidem Imperator Speciali promisit
 pactô, se citra Consilium Statuum, nihil quicquam
 facturum in eorum præjudicium, sub specie periculi
 in Mora. Idque saluberrimè fatis in LL. fundamenta- 27
 libus sancitum, ne aliàs Imperator suprema illa jura
 territorialia, Electoribus competentia, labefactet, ex-
 cusans se hoc ipsò, quòd periculum fuerit in Mora, vid.
d. Capit. Josephi. art. 10. ibi: Da aber publica Salus & uti-
litas eine mehrere Beschleunigung erforderte/da sollē
und wollen Wir dann der 7. Churfürsten sämtliche
Einwilligung zu gelegner Zeit und Mahlstat/ und zwar
auf eine Collegial-Zusammentunfft/ und nicht durch ab-
sonderliche Erklärungen/ bis man zu einer gemeinen
Reichs-Versammlung kommen kan/ in allen andern des
Reiches Schwerheiten concernirenden Sachen / als
auch in diesem erlangen. Extra hunc casum verò Prin-
 ceptis LL. Gentium non facit vim, injungendô subdi- 28
 tis suis certam pecuniæ summam, sibi solvendam, quã
 aliàs se non exacturum, ipsis promiserat.

Neque locus erit hoc casu privilegio de immu- 29
 nitate Collectarum. Nam sicuti tempore necessitatis 30
 privilegia silent, & omnibus in commune convenit, u-
 tilitatibus publicis obedire, l. 1. C. de Navibus non excus.
lib. 11. Mev. p. 8. d. 1. n. 1. 6. Dec. 98. n. 1. 6. d. 374. n. 1.
 Ita immunitas hæc à Tributis extendenda non est ad
 illa, quæ imponuntur ratione belli, vel alterius publi-
 cæ necessitatis, de qua ab initio verisimiliter non fuit
 cogitatum. *Mynf. C. 4. Obs. 70. n. 6. Heig. l. c. 18. num. 26.*
Mev. d. Dec. Gail. Obs. 52. n. 26. Rosenth. de Feud. 5. Con-
clus. 86. modò de vera & extrema necessitate agatur, 31
 quæ

- quæ talis est, ut à cæteris subditis non privilegiatis illi vix occurri possit, citra opem & adjutorium immunitium, per *l. un. Cod. Ut nemini liceat in emt. lib. 10. Mev. p. 7. d. 144. & p. 8. d. 98. & 375. Fritsh. de Necess. sect. 6. cap. 6. num. 5. Tab de Metat. sect. 2. c. 1. num. 15. Unde Impp. Hon & Theod in l. 1. C. de quib. muner. vel prest. & c. lib. 10. inquirunt: Cùm tempus exegerit, & necessitate urgente, omnes onerantur, velamentò privilegi penitus remotò, debentqve hujusmodi collationi succumbere, ut à summis sarcina ad infimos usque decurrat. Sed ne longius æqvò excurram, revertor ad Ducem Bellicum, qui consimili modò, si speciali conventionem promittat, se nolle à se captos interficere, hoste licet appropinquante, occidendi eosdem facultatem minimè gentium habebit ex eo, quòd dicere velit, periculum fuisse in Mora, cùm huic casui jam tum pactò videatur renunciatum.*
- 33 At verò cùm olim apud Romanos Parentes eandem habuerint potestatem cum dominica, tam quoad plenam rerum omnium acquisitionem, prout apparet ex §. 1. f. per quas pers. cuiq. acq. quàm ratione juris Vitæ ac necis, per *l. 11 ff. de lib. & Postb. & l. ult. C. de P. L.* Cujus loculentissima Exempla sunt in BRUTO, de quo Flor. *lib. 1. c. 9* & in Rege DEJOTARO, qui Filios duodecim unò tempore peremerit, *vid. Polit. Dn. Becm. c. 8. thes. c.* omninò quæstionis est: *An Parenti quoque ob*
- 34 periculum in Mora *permissa sit internecio liberorum eorumque commestio?* v. gr. Si Parens in extrema fame constitutus, vitam suam aliter sustentare non valeat, quàm mactandò filium, & carnem ejus in cibum absumendò; Qvalem lagubrem casum suppeditat nobis Historia de excisione urbis Hierosolymæ *vid. Joseph. Quod*

de Bello Judaico lib. 7. p. 815. Quod ipsum negativè deciden- 36
 dum ex duplici ratione censemus, (1.) quoniam non so- 37
 lis Parentib⁹ nati sunt liberi, sed & Reipublicæ, atq; adeo
 nec sola Potestas eos tollendi Parentum erit, vid. *l. 1. §. 15. ff.*
de Vent. in poss. mitt. & Polit. Dn. Becm. d. cap. 8. th. 5. (2.) 38
 quia hodiernis moribus Pat. Potest: quatenus consistit
 in jure vitæ & necis, penitus sublata, ne Parens, nover-
 calib⁹ sæpe delinimentis, aut aliis ex causis corrupt⁹, ma-
 lignè circa sanguinem suum inferat judicium, *l. 4. ff. de*
Inoff. Test. & l. 5. ad l. Pomp. de Parricid. adeo, ut Patri 39
 ne filium quidem facinorosum interimendi facultas
 competat, *L. 3. C. de P. P. Harpr. ad §. 6. l. de Publ. Ju-*
dic. num. 8. Excipitur tamen adultera Filia, quam cer- 40
 tis in casibus impunè occidit juxta præscriptum *L. 22.*
§. 4. & 23. ff. ad L. Jul. de Adult. ibiq; B. Dn. Brun.
 Nec excusabit Patrem necessitas & Periculum in
 Mora, cum Mors potius ipsi sit obeunda, quam Parri-
 cidium tam inconsultò impetu committendum. Hoc
 tamen ex Jure isto antiquo remansisse videtur, quòd 41
 Pater Filium sanguinolentum, h. recens natum, in ca-
 su summæ necessitatis vendere possit, per *L. 2. C. de Patr.*
qui filios suos distrax. Ibiq; Dn. Brunn. Carpz. *lib. 6. Resp.*
94. n. 11. conf. Enenckel de Privil. Parent. & Liber. privil.
l. §. 3. Putant enim nonnulli, hoc Jus distrahendi ef-
 fectum esse P. P. Indeque soli Patri id tribuunt, Mo-
 lina *de J. & J. Disput. 33. lib. 24.* B. Dn. Brunn. *ad d. l.*
2. n. ult. Verior tamen mihi apparet illorum senten- 42
 tia, qui hanc venditionem Matri quoque concedunt.
 Hahn *ad Wesenb. Tit. de his, qui sui, vel. alieni, & c. num. 3. ad*
verba: distrahere. Eckold. *ad ff. eod. Tit. §. 10.* Idq; vel 43
 ex eo, quòd in *L. 1. C. d. Tit.* generaliter Parentibus de-
 negata sit facultas vendendi liberos, & postea in *L. 2.*
 E ejus

- 43 ejus subjiciatur limitatio, non restricta ad solos Patres;
 44 Ergò in genere ad Parentes pertinebit.
- 44 Accedit ex jure Naturali, (quod omnia, sine quibus ea, quæ imperat Natura, obtineri nequeunt, permittit, Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 5. n. 5. Dn. Eckold. ad tit. 6. ff. de His, qui sui, vel alieni jur. d. §. 10.) quemvis Parentem, & hinc matrem quoque obligatam esse ad vitam liberorum quocunque modo conservandam. Sin itaque Mater cernat, se præceptum hoc juris Naturæ de alimentis præstandis, aliter non adimpleturam, quam vendendò filios, idem jus Patri concessum circa hanc distractionem, nec matri erit adimendum, cum satius esse videatur, perire potiùs hominum ingenuitatem; quam ipsam vitam. Et hoc ipsum jus apud Gentem quoque Israeliticam fuisse, præter alios Textus, satis probat cap. 21. v. 7. Exod. de quibus aliis populis idem testatur Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 5. n. 5.
- 47 Cum autem in d. L. ult. mentio tantum sanguinolenti facta, sane, non leve suboritur dubium, an idem obtineat in Filio unius, vel etiam plurium annorum? quod posterius affirmo, sin aliter periculum mortis non posset evitari. Nec obstat vulgatissima juris Regula: concessum in uno, videri denegatum in altero. Hæc enim regula toties suum perdit officium, quoties aliis in casibus eadem subest ratio. Jam verò procul dubio melius est consultiusque, vitam transigere in conditione servili, quam illam planè amittere. Add. Dn. Stryk. in U. M. ff. tit. de his, qui sui, vel alieni jur. §. 6. in fin. Neque illud probo, quod aliqui Ddrum, (inter quos Tiraqv. Tr. de Retr. Conlang. §. 26. ferè principem tenet locum) talem foveant sententiam: venditionem hanc tantummodò concessam esse in casu, quo quis aliter se liberare non potest à Famis necessitate, non verò

verò in aliis, quantumvis longè gravioribus. Nam si præfentissimum mortis discrimen immineret Patri, cui se subducere valeret vendendò filium, jure meritoq; hoc ipsi permittendum, Pin. de Bon. mat. n. 2. Rubr. 127. Surd. Tr. de Aliment. tit. 8. Priv. 38. n. 14. Nec obest, in d. L. 2. ex-
tare particulam *Tantummodò* exclusivam; Resp. enim istam non excludere casus similes, vel etiam majores, sed saltem minores.

De cætero adhuc excutiendum, *An prædicta venditio liberorum hodiernum usu observetur?* Idq; nobis videtur negandum, tum, quòd hodie talis necessitas vix posset fingi, tum, quòd moribus jura servitutum maximâ orbis parte exspirarint, exceptis infidelibus, puta, Turcis & Tartaris, à nostratibus in captivitatem abductis, in quibus adhuc dum jure retorsionis hæc sese exerunt. Gudel. de J. N. lib. 1. cap. 4. Gail. de Pignorat. obs. 8. Philippi in Us. Pract. Inst. l. 1. tit. 3. Ecl. 32.

Utut verò vi hujus *L. ult. de Patr. qui filios suos distrax.* Patri liceat vendere filium, attamen id fit non hunc in finem, ut emtoris servitio subdatur venditus, quin potius ejus efficiatur conditionis, cujus sunt hodierni proprii homines, qui extra glebam considerati jure liberorum gaudent, Dn. Stryk. in U. M. ff. tit. de bis & c. §. 6. Mev. p. 3. d. 8. n. 1. & 4. & p. 6. dec. 101. n. 1. Præsuppositò hòc tanquam fundamentò, adhuc hodie dicimus: Filium, à Parente sic venditum, relui posse & à seipso, & à quolibet alio invitò licet emtore per sæpius citat. *L. ult.* & ibi B. Dn. Brunn.

Enim verò cùm P. Potestatis (de cujus effectu juris veteris, jam quidem extincto, egimus) triplex constituitur causa, nimirum: *JUSTÆ NUPTIÆ* per §. 2. pr. Inst. de P. P. *ADOPTIO*, tot. tit. Inst. de Adopt. & *LEGITIMATIO*,

nostrum erit, ut, omissis duabus posterioribus causis, utpote nil quicquam conferentibus instituto, perlufrantes primam, nimirum *Nuptias*, simul inquiramus, num in his quoque aliquid operetur *Periculum in Mora*?

- 60 Ubi statim hæc quæstio primò locò ventilanda, *An metu mortis adactò ad ineunda sponsalia, vel contrabendas nuptias, cessante metu, permissum sit, ab iis iterum recedere.* e. g. Si propter delictum ad supplicium rapiendo concederetur electio: Utrum Uxorem ducere cuperet Meretricem pro eo intercedentem, an verò pœnam promeritam jam jam irrogandam sustinere mallet? *Periculum in Mora est*; etenim semel suffocatus laqueò, matrimonium amplius non contrahit, ergo, si præferat meretricem patibulo, cessante hoc periculò, resilire non potest, cum metus non fuerit illatus ad extorqvendam matrimonii promissionem, sed ad pœnam, quam suò delictò meruerat, legitimè sustinendam, B. Dn. Brunn. *ad L. 22. n. 5. ff. de Ritu Nupt.* Dn. Stryk. *ad Br. Jus Eccles. lib. 2. cap. 16. §. 3. ad verba*: licèt minor sit metus. Sanchetz. *de Matrim. l. 4. disp. 12. n. 8.* Tambur. *in Theol. mor. lib. 8. Tr. 3. cap. 2. §. 2. n. 7.*

- 61 Ex adverso, si summus Belli Dux, vel alius potentia valens, Puellam, quam hætenus in concubinato Jure Civili licito, *l. 3. §. 1. ff. de Concub.* habuit, ejustandem pertæsus militi, uti loqvuntur, gregario offerat ducendam, hæc adjectâ comminatione, fore, ut pœnâ patibuli afficiatur, si conditionem sibi oblatam recusaturus sit, cui, quamvis ob reverentiam annuat miles, metuve mortis certò sibi instantis matrimonium promittat, nihilominùs à promissione postea licitè recedit; quia hic metus incussus erat eò fine, ut matrimonium extorqveretur.

Pari-

Pariter, si juvenis à Puellæ ex cognatione pro- 62
 pinqvis deprehendatur in stupro fortiterqve verberis
 bus excipiat, à quibus ut liber evadat, *ultrò* promittit
 matrimonium, postmodum ab eo resiliere liberum ipsi
 non erit, Sanchez. *d. Disp. n. 14.* vid. Disp. sub Præsid. Dn.
 Stryk. *bab. de Concurf. Sponsal. cap. 4. n. 9.* Aliud verò di- 63
 cendum, si tamdiu plagis oneratus, donec præ nimio
 dolore desideret puellam matrimoniô sibi jungendam,
 cum hic metus inferatur intuitu contrahendi matri-
 monii. vid. *cap. veniens 13. X. de Spons. & Ill. Dn. de Rhetz.*
diff. de Metu, cap. 3. n. 16. Sed quid si Puella ejusve cogna- 64
 ti hoc ita juris esse scientes, juvenem, quem multis ha-
 ctenus perûasionibus ad matrimonii promissionem,
 inducere nullâ ratione valebant, per dolum invitent,
 in cubiculum Puellæ, postea verò sui promissi, sibi invi-
 cem facti, memores extemplò adveniant, gravissimè
 illum verberantes hocqve tantum ipsi improbantes,
 quòd solus cum sola in uno fuerit cubiculo, unde &
 verbera continuant, usque dum juvenis liberè profite-
 atur, se puellam ducturum in matrimonium, quæri-
 tur, *an ita liberatus ex periculo juvenis recedere à promissis* 65
poterit, dicendò se diutiùs ferre baud valuisse plagas? Et non
 minus piè, quàm justè B. Dn. Brunn. *ad d. L. 22. n. 7. ff. de*
Ritu Nupt. Suprà positis hanc addit limitationem: *Nisi* 66
astutiâ, vel dolò puella ejusmodi Comœdia fuerit adornata, ut
scil. Maritum consequeretur, sicut tale exemplum in a-
ctis se aliquando reperisse scribit, quam sententiam et-
iam tuetur Cypræus de Sponsal. c. 13. §. 26. Sin itaqve 67
 hujus doli, jam suppositi, probatio non difficilis sit juve-
 ni, is adhuc à sponsalibus resiliere posset, non obstante,
 promissione ex libera voluntate factâ, cum alioquin a-
 stutia puellæ præmiô afficeretur, simplicitas verò pæ-
 nam

- nam sentiret, quod esset contra *L. 1. pr. ff. de Dolo malo.*
- 68 Dictum hucusque de iis est, qui metu coacti tan-
- 69 dem consenserunt in Nuptias. Nunc Paucis saltem a-
- 70 gendum de Virgine, ex libero arbitrio non unum, sed
- 71 plures sibi eligente Amasios; Quod equidem per LL.
- civiles sub infamia vetitum constat ex *l. 13. §. 2. ff. de his, qui notantur infam.* Idem comprobante Carpz. *Pract. Crim. p. 2. qv. 67.* Quam pœnam, Juri Civili propriam, hodiernum in usu esse ac observantia deducit. B. Dn. Br.
- 71 *ad l. 1. n. 4. d. tit.* Attamen si alteruter eorum familiari nimis conversatione utatur cum sponsa utriusque obligata, alteri hoc advertenti dandum est Remedium petendi ejus sequestrationem, per *cap. 14. X. de Spons. add. Gail. lib. 1. Obs. 112. n. 15. & ibi Græv. Consid. 1. n. 3. Dn. Struv. Exerc. 21. th. 50. n. 5. Trentacinq. l. 3. Res. 12. Berlich. p. 1. Concl. 73. n. 23. Riccius Collect. decis. 2575. Molina de J. & J.*
- 72 *Tom. 2. Tr. 2. disp. 522. n. 4.* Neq; destituitur hoc juris beneficium suâ ratione, quæ in eo consistit, quod *periculum sit in Mora*, ne scil. violentia puellæ inferatur; vitiatam enim ab alio quis facile ducturus esset? Ergo, si unus ex Amasiis sponsam appetens, virginem desideret, vix aliô ei consuli poterit remediô, quàm per sequestrationem apud Matronam pudicam & honestam.
- 73 Sic in simili, si nimia sit mariti sævitia adversus uxorem, ut in *Mora Periculum vite* esse censeatur, si diutius marito cohabitet, *C. ex liberis 13. X. de Restit. Spoliat. C. ex transf. mesa 8. cod.* sequestranda est uxor; neque enim sibi tutò relinqvenda est, multò minùs marito restituenda ob metum sævitæ & inde venturi damni. Quare non Curatori custodienda danda est? *quia, verba sunt Bachovii ad Treutl. disp. 26. th. 11. lit. F. periculosum est, ovem committere lupo & Curatori, qui alterum in possessione turbaret,*

haret & ipse fructus, pro quibus restituendis nulla cautio praestari potest, perciperet.

Sed missis hisse, devenimus ad Solennia, moribus totius orbis & præcipuè Germaniæ in consummandis sponsalibus usitata. Cumq; uti notum, multum interfit Ecclesiæ, ut ordine decenti peragantur omnia, prudentissimè constitutum est, ut, quia Sponsalia tantum sunt initiatum matrimonium, hæc ipsa per Ministrum verbi divini coram facie Ecclesiæ, conjugali fide ab utroque nubentium DEO sponsâ, interveniente benedictione consummentur, Carpz. in *J. Pr. Eccl. lib. 2. d. 17. n. 6.*

Hunc verò benedictionis actum per LL. Ecclesiasticas regulariter præcedit trina Denunciatio, tribus distinctis diebus dominicis publicè ex suggestu facienda. *C. 3. X. de Clandest. Despons. C. 27. X. de Sponsal.*

Vid. quoque Ordinat. Matrimon. Saxon. de Anno 1624. punct. 5. ibi: **Es sollen aber die Personen/ so sich in ehelichen Stande zubegeben bedacht seyn/ Drey Sonntage nacheinander öffentlich aufgebotten werden.** *Philippi Observ. ad Dec. Electoral. Saxon. Dec. 49. Obs. 1. num. 3. & seqq.*

Quæ ideò à Pastore Ecclesiæ salvâ conscientia omitti nequit; Est enim adinstar Citationis Edictalis, hòc gaudens effectû, ut contradictor veniens, vel contrahendum matrimonium impediat, vel perpetuò fileat. *Dn. Stryk. in Pracogn. Lib. 1. Tit. 10. §. 4.*

Hinc formulam illam, **Wann jemand was darcin zu reden / der Thue es bey Zeiten / und schweige hernach &c.** quibusdam in locis malè negligi, statuit B. *Dn. Brunn. ad J. Eccles. l. 2. c. 16. §. 6. ad verba:*

PUBLICÆ PROCLAMATIONES, nisi dispensatio Principis, vel eum repræsentantis Consistorii fuerit impetrata; Sic enim planè omitti posse hanc publicam proclamationem, existi-

- 80 istimat Carpz. in *J. Consist. Lib. 2, Def. 139*. Pariter etiam per Dispensationem quandoque potest impetrari, ut unâ vice unâve Die Dominicâ bis, vel ter fiat Denunciatio, utpote quæ singula dependent à voluntate Principis, cum tota proclamatio sit solennitas ab eo introducta.
- 81 Verùm enim verò, si Casus, ubi *Periculum in Mora*, contingat, etiam irrequisitâ hâc dispensatione Copulatio concedenda. Nam pone: Sponso armatæ militiæ addicto Superioris sui mandatô injunctum esse, ut absque mora milites educat in aliam provinciam, vel ad hybernandum, vel adversus hostem ad dimicandum. *Annon hoc casu Sacerdos Ecclesia actum Copulationis peragere valeat, quamvis non impetraverit concessionem Principis?*
- 82 Et Affirmativa sententia meritò defensa legitur apud Carpz. de *J. Consist. l. 2. d. 141. n. 4*. quoniam LL. solennitatem aliquam requirentes, hanc tacitam in se continere videntur limitationem; Modò tantùm temporis superfit, ut adhibere liceat solennia à LL. requisita.
- 83 Insuper J. Can. jam ordinatum, ut copulatio fiat in publico templo coram facie totius Ecclesiæ, non sub Dio & in ædibus privatis. *Cap. 3. X. de Clandest. Despons. 5. Can. aliter. l. caus. 30. qv. 5. Dn. Müller. de Hierolog. Sect. 4. th. 6.* Idqve melioris ordinis & majoris solennitatis gratia, B. Dn. Brunn. in *J. Eccl. l. 2. cap. 16. §. 6.* ubi piè monet, necessum esse, ut major devotio vel canendô, vel orandô in Templo hodiè adhibeatur. Attamen
- 84 si *Periculum sit in Mora*, e. g. Sponsò gravissimè ægro tante, adhuc verò benedictionem pastoris desiderante, Superintendens ejus loci concedit copulationem in ædibus privatis, absque speciali Principis dispensatione, Carpz.

Carpz. de J. Consist. l. 2. d. 145. qui n. 10. hōc nomine alle- 86
 gat Decretum Synodale de Anno 1624. ibi: Es würde daß
 jemand mit urplötzlicher / unversehener und erweiß-
 licher Schwachheit befallen / auf welchem Fall / jedes
 Orts Superintendenten / nach eingenommener Erkun-
 digung / wann die Sache an Uns nicht gelangen könnte /
 die Gebühr anordnen möchten.

Quinimō si Sponsus ob id à Sponsa conveniatur, 87
 quòd, factā spe de Matrimonio, eandem cognoverit, Pe-
 riculum autem in mora fit, ne Sponsus sibi consulat fugā,
 atqve sic sententiam, de stuprata ducenda condemna-
 toriam, reddat illusoriam, confestim in ipso Consisto-
 rio, sine ulla proclamatione, fieri consuevisse Copu-
 lationem à primo adveniente Sacerdote, quotidia-
 Praxis docet. Add. Carpz. lib. 2. def. 146. Nonnunquam 88
 autem evenit, quòd stuprata Puella in Civili judicio
 conventum stupratorem promissi matrimonii convin-
 cat, unde illud determinandum venit dubium. Numue
 permiffum sit Magistratui, Civilem jurisdictionem habenti, in
 continentem decernere Copulationem ob in Morā periculum? Ra- 89
 tio dubitandi satis evidens est, quòd scil. Actus Copu-
 lationis sit Ecclesiasticus, non pertinens ad Forum secu-
 lare, sed ad Ecclesiasticum. Ex quo soli quoque Consi-
 storio competit jus dispensandi de omittenda denun-
 ciatione, nec non concedenda copulatione in alio loco,
 quàm in Templo ad id ordinariè destinato. Affirman- 90
 tium tamen castra tuetur Carpz. d. l. 2. def. 147. Cujus
 sententiam non aliter admittendam puto, nisi ob solum
 Moræ periculum; quippe quod concedit matrimonium &
 sine denunciatione publica, & in loco privato consum-
 mandum. Ergo etiam permittet ejus consumationem
 in loco publico, sive in judicio civili. Quibuscunq; enim
 F modis

- modis providendū, ut facta matrimonii promissio suam
fortiatur effectum, Beust *de Sponsal. p. 1. c. 58* Carpz *d. def.*
 91 147. Et pensitanda est necessitas, præsentissimam efflagi-
tans Matrimonii confirmationem, justissima faciens ea,
quæ per se injusta haud sunt, Nerizan. *in Sylv. Nupt. lib. 5.*
 Porro ex Matrimonio, secundum LL. contracto,
 92 legitimi nascuntur, vel procreantur Liberi, per *pr. Inst.*
de P. P. quibus interdum ob præmaturam Parentum
 93 mortem Tutores sunt constituendi, vel à Patre in Te-
stamento, per §. 3. *Inst. de Tutel. & l. 1. §. 1. ff. de Confir. Tut. & c.*
vel dispositione juris, *pr. Inst. de Legit. Agnat. Tut. & l. 1. pr. ff.*
ead. Nov. 118. c. 5. vel in subsidium à Magistratu, per *pr. l.*
de Attil. Tut. & c. l. 6. §. 2. ff. de Tut. Ord. Polit. de Anno 1577.
 94 *Tit. 32.* Quorum officium potissimum consistit in se-
quentibus, (1.) in bona Pupilli Educatione per *l. 12. §. 3. ff.*
 95 *de Adm. tut.* (2.) in fidelissima Bonorum Administra-
 96 tione, *l. 7. §. 3. ff. pro empt.* Et (3.) in Autoritate Pupillo
contrahenti præstanda, *t. t. ff. & C. de Autor. Tutor.* Circa
 97 hanc autem Administrationem notandum (a) Quòd
Tutor ante delatam sibi administrationem non teneatur
quicquam gerere. *R. I. de Ann. 1548. & 1577. tit. 8. §.* Daß
auch ein jeglicher *ic.* Manzius *Tr. de Tutel. tit. 7. qv. 3. n. 47.*
 98 *& seq.* Sed de iis rebus, quæ *moram non patiuntur, & tem-*
pore detrimentum capere possunt, tenetur etiam, antequam
administratio decernatur, Wesenbec. *in Parat. ad ff. tit.*
 99 *de Tut. n. 6.* Deinde (b) quatenus hæc administratio in ali-
enatione est occupata, præprimis cautum esse oportet
Tutorem, ne quæ alienet, quæ servandò servari possunt,
juxta *l. 22. in f. C. de Administ. Tutor. & c. B. Dn. Brun. ad l.*
 100 *7. C. d. tit. n. 7.* Carpz. *P. 2. c. 11. d. 28.* Sin verò *Periculum*
sit in Mora, ita ut res quædam pupillares perituræ cre-
dantur, neque servandò servari posse videantur, Tu-
tor

tor easdem non justè tantùm alienat, *d. L. 22. C. d. Administ. Tut.* sed ad id quoque vi officii sui tenetur, nisi Tutelæ subire velit periculum, per *l. 7. §. 1. ff. eod.* Lauterbach. *ad tit. de Rebus eorum & c.* Quæ autem ejusmodi res vocentur, ¹⁰¹ ex circumstantiis æstimandum judicam⁹, quamvis communiter censeant, eas haberi pro rebus, quæ servandò ¹⁰² servari non possunt, quæ in naturali sua bonitate ultra triennium non sunt duraturæ, quin corrumpantur, B. Dn. Brunn, *ad d. l. 7. C. de Administ. Tut. n. 13.* Hahn. *tit. de Rebus eorum, qui sub Tut. & c.* Eckold. *d. tit. §. 1. circa fin.* Atque sic paulò latiùs hîc capimus *Periculum in Mora.*

Denique circa Autoritatem Tutoris illud contro- ¹⁰³ versum remanet: An Tutor compelli possit ad autoritatem interponendam, maximè in re notoriè pupillo utili? Et negativa sententia fundata est in *l. 17. ff. de Aut. Tut.* ¹⁰⁴ ubi simul hanc subjectam videbis rationem; *quia tenetur iudicio Tutela.* Quam L. sequitur & Harprecht. *ad §. fin. Inst. de Aut. Tut. n. 8.* At, si *Periculum sit in Mora,* ¹⁰⁵ Magistratus, nolente Tutore, autoritatem ejus supplebit. Lauterb. *in Comp. ff. tit. de Autor. Tutor.* Et tantùm de Effectibus specialibus PERICULI IN MORA circa Personas. Sequitur nunc ordine

CAPUT III.

DE

Periculo in Mora Ratione Rerum.

SUMMARI A.

<i>Summa Rerum divisio.</i>	1.	<i>Ejus Limitationes.</i>	5.
<i>Quanam Res in Patrimonio existere dicantur?</i>	2.	<i>Quid in alienatione earum observandum?</i>	9.
<i>Quanam extra Patrimonium?</i>	3.	<i>Differentia R. S. ab Ecclesiastica.</i>	10.
<i>Res Sacra vendi non potest.</i>	4.	<i>F a</i>	<i>De</i>

De Re Religiosa quid notandū? 11.	Mora coram duobus, vel tribus
Hodierna observantia. 12.	testibus conditum, valeat, quan-
Num in loco privato hodie quia	do Plures haberi nequeunt? 38.
sepeliri possit? 13.	Quorundam Affirmativa. 39.
Quid si Periculū hīc in Mora? 14.	Rationes Affirmative. 40.
Unde dicantur Res Sanctae? 15.	Qua Sententia in J. Justineaneo
Unde constet, muros esse sanctos? 16.	fundata non reperitur. 44.
Sententia ratione hostilitatis re-	Hujus Demonstratio ex L. ult. C.
jicitur. 17.	de Codicillis desumpta. 45.
Hujus Rationes. 18.	Qua firmatur L. fin. C. de Te-
An hac pœna Capitis hodiernum ob-	stam. 46.
tineat? 19.	Responsio ad contraria argumen-
Limitatur. 20.	ta. 47.
Quid dicendum ob Periculum Mo-	Divisio Testamentorum. 51.
ra? 21.	Utrum valeat Testamentum solo
Transitus ad Res, quae sunt in Com-	Judici oblatum? 52.
mercio. 23.	Nostra distinctio. 53.
An commodatum revocari possit	In Judicio sufficit Prasentia Ju-
ante usum finitum? 24.	dicis. 54.
Quid si Periculum in Mora? 25.	Hujus Confirmatio. 55.
De Tacita Commodati conditio-	Quid in Praxi receptum? 58.
ne. 26.	Quod confirmatur. 59.
Mandatarius fines mandati exce-	Limitatio. 60.
dere nequit. 28.	Quid si Periculum in Mora? 61.
Quid autem, si Periculum in Mo-	In Testamento extra judicium ob-
ra? 30.	lato, quid juris? 62.
An idem juris in Legato Princi-	Diversae Dd. opiniones. 63.
pis? 31.	Ultima confirmatur. 66.
Hujus exemplum. 32.	Qua etiam de J. Communi ve-
Negot. Gest. quam culpam pra-	rior. 67.
stet? 33.	Quid, si Periculum in Mora? 69.
Rationes. 34.	Utrum sufficiat, si Aëuarius cum
Quid, si Periculum sit in Mora? 36.	uno Assessore ad Testatorem mit-
Transit ad ultimas voluntates. 37.	tatur. 70.
An Testamentum ob Periculum	Negative. 71.

Exce-

Exceptio, ubi Periculū in Mora. 72.	rione.	80.
Modò ab ipso iudice facta sit ab- legatio. 74.	Præsumptiones Hereditatis adita, 81	
Jus deliberandi Heredi compe- tens. 76.	Excipitur casus, quando Pericu- lum in Mora. 82.	
Hereditas non adita, non acqui- ritur. 77.	Annectuntur quadam de Heredi- tate jacente. 84.	
Ejus Limitationes. 78.	Judicium contra Hereditatem jacentem institutum, nullum. est. 85.	
Cautela pro Herede circa Aditi- onem Hereditatis. 79.	Fallit hoc ob Periculum, quòd in Mora est. 86.	
Herēs nemo sit ex sola Nomina-		

PERSONAS excipiunt RES, quarum pri-
ma divisio est, quòd omnes Res vel in Patrimonio
nostro sint, vel extra Patrimonium existant, per pr. l.
de Rer. Div. Illæ dicuntur, quas Privatus in Re-
publ. Civis possidere, suoqve arbitrato in alium trans-
ferre potest, l. 21. C. Mand. Hæ sunt, quæ vel certò tan-
tùm respectu eximuntur potestati & usibus Privatorum,
de quibus in pr. l. præd. tit. vel absolutè, ita ut in nullius
dominio esse queant, ut RES SACRÆ, SANCTÆ & RE-
LIGIOSÆ, quod enim divini juris est, id nulli⁹ in bonis est,
§. 7. l. de R. D. l. 1. pr. ff. eodem. Atq; hinc est, quòd in conven-
tionem non veniant, licet sub conditione, v. gr. si profana
fuerit facta, celebretur contractus, per §. 2. Inst. de Inutil. sti-
pul. l. 83. §. 5. ff. de V. O. Non enim fas esse jura existimârunt,
tales expectare casus, l. 34. §. 2. ff. de Contr. emt. Necessi-
tas tamen & Periculum in Mora illarum etiam quandoq;
concedit alienationem. Sic Res Sacra, cum simpliciter
sit in nullius bonis, nec vendi potest à Privatis, nec acqui-
ri, per §. 5. Inst. d. tit. l. 6 pr. ff. de Contr. emt. Attamen
in casu summæ Necessitatis, ad alendos scil. Pauperes, ejus
alienatio permittitur; quia non absurdum est, animas ho-
minum

minum quibuscunque vasis, vel vestimentis præferri, l. 21. in fin. C. de S. S. Eccl. & ibi B. Dn. Brun. conf. Klock. Conf. 35. n. 41. Et seq. vol. 1. Et habet Ecclesia aurum, non, ut servet, sed ut erogat & subveniat in necessitatibus, Can. aurum. 70. caus. 12. qv. 2. Item, ut urgenti ere alienò liberetur Ecclesia, Can. 2. caus. 10. qv. 2. Aut b. Hoc jus porrectum, C. de S. S. Eccles. Nov. 120. cap. 6 Et seqv. Vel, pro sustentatione Ministrorum Ecclesia, Manz. ad §. 8. l. de Rer. Div. Vel denique, ad redimendos captivos, §. 8. l. d. tit. d. L. 21. tit. eod. Quò autem de hisce causis eò melius constet, cautum esse oportet Emptorem, ne prætermittatur causæ cognitio & Decretum à Consistorio interpositum, Schneidw. ad §. 8. l. de Rer. Div. n. 9. Nam absqve his facta rei Sacræ alienatio non subsistit, Dn. Stryk. de Caut. Contr. Sect. 1. cap. 3. §. 7. Et hoc casu, si ejusmodi res per Contractum usui Privatorum indulgendæ, Vasa aurea, vel argentea prius conflare solent, Dn. Stryk. d. l. qvò formam pristinam mutant, & quodammodo sacræ esse desinant, Manz. ad d. §. 8. n. 8.

- 10 Ab hisce verò rebus sacris differunt Ecclesiasticæ, quæ, cum non proximè cultui divino, sed Ministrorū alimentis aliisque usibus inserviant, non penitus extra commercium positæ sunt, sed ob insignem utilitatem, aut incommoditatem per contractum in alium transferuntur, l. 17. §. 1. C. de S. S. Eccl. Can. 52. XII. qv. 2. d. Nov. 120. cap. 1. Accedente saltem causæ cognitione, nec non Consistorii, sive Patroni consensu, vide Ordinat. Consist. March. Tit. 5. Dn. Stryk. d. Tract. Sect. 1. cap. 3. §. 11. Cothman. 1. Resp. 28. Carpz. 5. Resp. 52. Wesenb. p. 4. Conf. 194. Mev. p. 9. dec. 6.
- 11 Relictis nunc reb⁹ sacris, accedim⁹ ad Religiosas, non destinatione solâ, arg. l. 6. §. fin. C. de Relig. Et c. sed mortuæ illatione §. 9. Inst. de Rer. divis. tales factas; quoad illas hoc

notantes, hodie abrogatam esse *l. 3. §. 5. ff. de Sepulchro, &c.*
 in qua prohibitum deprehendimus intra urbis mœnia
 homines sepelire. Nostrô enim tempore, ipsâ experi- 12
 entiâ teste, non tantùm in Cœmeteriis, tanquam ordi-
 nariis hominum dormitoriis, sed in ipso etiam templo,
 terræ mandantur. E contrario Privatis hodie adema-
 ta est libertas, cadavera suorum in locis privatis sepe- 13
 liendi, adeò, ut gente quoque nobili denegetur, si hor-
 tum extra locum Cœmeterii consuetum, ad sepulturam
 Familiæ vellet destinatum, B. Dn. Brunn. *de J. Eccl. lib. 2.*
c. 2. §. ult. in fin. ibique Dn. Stryk. *in Not. ad verba: EXTRA*
COEMETERIUM. Verùm quid si *Periculum esset in Mora,* 14
 nec homines in Cœmeteriis terræ mandandi facultas da-
 retur, v. gr. tempore grassantis pestis, vel diri admodum
 belli? Reviviscere hîc quasi videremus Jus illud Roma-
 num antiquum; quippe vi cuius permissum erat, quo-
 cunque in loco suos sepelire mortuos.

Supersunt adhuc *Res Sanctæ*, sic dictæ, quòd pœ- 15
 nali quadam sanctione contra injurias hominum sint
 munitæ, ut puta Valla, *l. 9. §. 3. ff. de Rer. div.* Leges, Por- 16
 tæ, quibus & Muri Civitatum annumerantur, quorum
 usus, qui civitatis est, ne impediatur, nihil in iis facere,
l. 2. ff. ne quid in loco sacro, &c. immittere, jungere, *l. 8. §.*
2. ff. d. tit. de Rer. divis. nec sine permissu inhabitare, *l.*
3. ff. d. Tit. ne quid in loco sacro &c. imo ne quidem refi-
 cere illas omnibus licet, *d. l. 9. §. 4. præd. Tit. de R. D.* Hos-
 ce enim sanctos esse, ex severissima mortis pœna, quæ
 in eorum Violatores est statuta, abundè liquet *§. Sanctæ,*
10. l. de Rer. div. Add. d. l. 8. §. 2. ff. de Rer. div. Vid. quo-
 que Magnif. Dn. Præsidentem *dis. 4. ad Inst. tit. 7.*

Nec placet sententia eorum, qui ad hoc, ut pœ- 17
 na capitis obtineat, animum proditorium requirunt;
 Et-

- Etenim animus iste hostilis, si in actum prorumpat externum, delictum per se capitale est, sicque transcendens non ob violationem Muri, sed hostilem ob animum capite plectendus venit, Schilt. *ad ff. Exerc. 4. tb.*
- 18 4. Dn. Stryk. *in Usu Mod. ff. Tit. de Rer. div. §. 6.* Solam quippe transgressionem jure Romanô pœna capitis fuisse affectam, clarè ostendit *l. f. ff. eod.* ubi adducitur Exemplum REMI, qui capitalem pœnam sustinuit ob id, quòd muros civitatis Romanæ transcenderit, non hostili & proditorio, sed jocandi saltem animo. Unde merito ad rigorem juris veteris acerbissima hæc Capit
- 19 pitis pœna restringenda, cum Dn Stryk. *d. §. 6.* quæ hodie in usu amplius non est, Carpz. *Pract. Crim. p. 1. n. 24. & seq.* Schilt. *ad ff. Exerc. 4. tb. 8.* Berlich. *decis. 70.*
- 20 Philippi *in Usu Pract. Institut. l. 2. Eclog. 2. fin.* Nisi de novo sub pœna capitali transgressio murorum sit prohibita, prout fieri videmus in Militibus, quibus nonnunquam sub ultimo inhibetur supplicio, ne castra Principis, vel Castella transcendendô violent, Dn. Stryk. *d. Loco, §. 6.* & Hahn. *ad Wesenb. Tit. de Rer. Div. pag. 123. in fin.*
- 21 Quæ cum ita sint, pœnam vel nullam, vel certè mitionem merebitur, qui ob *Periculum Vita* evitandum, v. gr. tempore suborti incendii, vel factæ expugnationis, muros trascendit. Uti enim alias dicitur justum esse, quod quis fecerit ob corporis sui tutelam, *l. 3. ff. d. J. §. 7.* & expediendæ salutis gratiâ, *l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil.* Ita quoque justa dicenda est transgressio, ob vitam conservandam facta, B. Dn. Brunn. *ad d. l. fin. ff. de Rer. div.* & Dn. Linck. *dissert. special. Cui Tit. Mœnia juribus munita, occasione d. l. fin. ff. de Rer. Div. d. cap. 3.* Hæc de rebus, quæ sunt extra commercium.
- 22 Quantum verò attinet Res in commercio existentes
- 23

tes, cum in illis homines pro lubitu contrahant, opus
 haud erit scrupulosius inquirere Effectus Periculi in
 Mora. Attamen, binis (uti loquuntur) verbis indi-
 candum, in Contractu Commodati, cuius usus gratuitus, 24
 §. 2. in fin. inst. quib. mod. re contr. oblig. l. 5. §. 12. ff. Commod.
 certus ac determinatus est, l. 17. §. 3. ff. d. Tit. commo-
 dantem ante finitum usum repetere rem non posse à
 Commodatario, l. 17. §. 3. ff. eod. Cap. un. X. d. Tit. & arg.
 l. 75. ff. de R. l. Quòd si verò inopinatus aliquis casus
 superveniat, ita ut ipse Commodator re commodatâ
 opus habeat, & Periculum in Mora sit, utilitatem, vel amit- 25
 tendi, vel damnum fortè emergens incurrendi, etiam
 ante finitum usum commodatum revocare licebit, Zæf.
 ad ff. tit. Commod. n. 20. Dn. Schöpffer. in Synopsi ff. d. tit.
 n. 15. Hahn. ad Wesenb. eod. tit. Brunn. ad d. l. 17. §. 3. n. 13.
 Lauterb. Compend. pag. 320. Etenim commodato hæc 26
 tacita inesse videtur conditio: nisi ipse commodans re indi-
 geat, nec præsumitur is adeò fuisse liberalis, ut propriis
 officeret necessitatibus, Schwendendörff. ad Eckold. Tit.
 Commod. §. 4. Pro hac affirmativa stabilienda adduci- 27
 mus etiam L. 3. Cod. Locato. in qua cum Locatori conce-
 datur expulsio conductoris, si rem locatam propriis u-
 sibus necessariam probet, multò magis commodanti
 revocatio permittenda; quia in comòdato de gratuita,
 in locatione verò de onerosa agitur concessione, Zæf.
 ad ff. d. tit. n. 20.

Succedit nunc in ordine Mandatum, circa cuius exe- 28
 cutionem Mandatario præcise observandam esse for-
 mam à Mandante præscriptam, planum est ex §. 8. l. de
 Mand. & l. 12. C. Mand. l. 41. & l. 46. ff. eod. tit. quam si ex-
 cedit, negotium ab eo gestum ratione mandatoris nul-
 lum est, L. 10. C. de Procur. Unde, si rem minoris vendi- 29
 derit,

G

- derit, quàm ei mandatum fuit, mandans ab emtore rem vindicat, l. 5. §. 3. & 4. ff. eodem. Insuper quoque illi, cum quo iniit contractum, ut & ipsi Mandanti ad omne obligatur interesse. l. 41. ff. Mand. Carpz. 7. F. P. 2. Const. 20. n. 11.
- 30 & 12. Verùm ob *in Mora Periculum*, mandati fines licitè poterit excedere. Quò tamen casu id ipsi probè erit expendendum, ut ita consummet susceptum in se negotium, prout Prudentissimus quisque illud gessisset.
- 31 Idem in *Legato Principis* obtinere dicimus, qui in re quidem dubia semper literas mittit ad Principalem, ac specialius ab eo mandatum expetit, sin verò negotii celeritas & *Periculum in Mora* tantum temporis haud concedat, consilium à Deo petendum esse, inquit B. D. Brun.
- 32 ad l. 46. ff. mand. n. 13. Et hoc ipsum probè quondam observavit Legatus Imperatoris Caroli V. qui cum videret, culcitram, Legatis aliàs à Turcis offerri solitam, sibi non tradi, expectatò perbrevis temporis spatiò, tandem pallium, quod secum habebat purpureū, in culcitrae formam convolvens, ipsi insedit, atque sic sedens ea, quæ in mandatis habuit, Imperatori Turcico publicâ oratione proposuit. Quò factò abiens, studio post se reliquit pallium; postea verò admonitus à Turcis, ut illud secum ferret, renuvit hoc, dicendò: Imperator meus Sellam secum haud portat. Quæ certè omnia demandata ipsi non erant, & tamen ceu prudenter ab eo gesta, in Aula Imperatoris laudata feruntur. vid. Franciscum, in *der lustigen Schaubühne* / pag. m. 300.
- 33 Prætereà non omittendum censemus, etiam in *Negot. Gestione Periculum in Mora* suos exerere Effectus, cum in ea Negot. Gestor regulariter obligatus sit ad culpæ levissimæ præstationem, quamvis multi dissentiant, per §. 1. I. de Obligat. quæ quasi ex Contr. Struv. Exerc. 7. tb.

7. th. 50. Hahn. ad Wesenb. tit. de N. G. n. 10. ad verb. Aut
 CULPA. Harpr. ad d. §. 1. num. 42. idque ideò; quia se 34
 ipsum offert alieno negotio, aliosque videtur præver-
 tere, arg. l. 1. §. 35. ff. Dep. Cui accedit ratio, quòd Ne- 35
 got. Gestor tantum liberetur à Casu fortuito, per l. 32.
 pr. & l. 37. §. 1. ff. de N. G. Schwendendörff. ad Eckold. §. 8.
 Sin verò Periculum sit in Mora, & amicus affectione co- 36
 actus ad negotia alioquin tempore peritura accedat,
 dolum tantummodò, & huic proximam latam culpam
 præstitisse sufficit, l. 3. §. 9. ff. d. tit. Dn. Stryk. de Caut.
 Contr. Sect. 3. c. 1. §. 3.

Peractis, quæ dispositionem inter vivos concer- 37
 nunt, pergimus jam ad ultimas hominum voluntates,
 in quibus statim sese offert quæstio, hætenus satis ven-
 tilata, an Testamentum, quòd quis ob periculum in Mora, sive 38
 instantem mortis metum, coram duobus, vel tribus confecit te-
 stibus, validum sit in casu, quò plures haberi nequiverit? Id 39
 quòd affirmativè decidendum censet Simon de Præt. de
 Interp. ultimar. volunt. lib. 1. fol. 12. n. 15. & 16. Menoch. vol.
 4. Conf. 351. n. 33. & seq. Quorum opinioni calculum su-
 um addit Ernestus Cothman. vol. 3. Resp. 13. num. 37. Et
 huic subscribit Mev. ad Jus Lubec. p. 2. tit. 1. art. 2. num. 59.
 Nec non Dn. Struv. Exerc. 32. tb. 22. Quorum Rationes
 satis probabiles videntur. Harum (1) desumpta est ex l. 40
 ult. ff. de Testam. Milit. ubi non militantibus concessum
 legitur, sine solennitatibus juris Communis testari, si
 nimirum in hostico deprehendantur loco, & hoc ob ne-
 cessitatem, quòd tum temporis haberi nequeant Te-
 stes, de jure necessarii. Cùm ergò hòc casu Testamen-
 tum sustineat necessitas, meritò quoque in præsentia ca-
 su idem erit sustinendum. (2.) Ratio deducitur à Te- 41
 stamento tempore pestis condito, in quo itidem con-

- ³² **S**vetudines ac mores Germaniæ receperunt, idem vale-
re coram duobus, vel tribus Testibus factum, Carpz.
p. 3. c. 4. d. 8. quia præsumtio est, plures haberi haud
 potuisse: Nam homines tempore grassantis pestis
 42 congregationem fugere, res ipsa loquitur. (3.) Ex-
 pressus adest Textus in Nov. Leonis, 41. ibi: *in Itine-*
ribus verò & agris, aliisq; locis inhabitatis trium testium con-
 43 *firmatio suscipiatur.* Quæ ipsæ Novellæ Leonis quam-
 vis non polleant legali Autoritate, cùm in foro non
 sint receptæ, Dn. Stryk. *in Pracog. Jur. cap. 4. §. 2.* Atta-
 men in casu J. Justinianeò nondum decisò, ad No-
 vellas quoque Leonis recurri posse, non diffitentur,
 Matth. Stephani *ad Novell. Proœm. n. 49.* Arthur. Dück. *de*
Autorit. Jur. Civil. lib. 1. cap. 5. §. 5. in f. Dn. Stryk. *d. §. 2.*
 44 Verùm si juxta Jus Justinianeum loqui velimus,
 hæc sententia fundamentò suò destituitur, cùm *in l. ult.*
 45 *C. de Codicillis,* illis, qui Testamentum condere non pos-
 sunt propter defectum septem testium, concedatur tan-
 tum Codicillandi facultas, quibus tamen permittenda
 esset facultas testamenti faciendi, si prior opinio aliquid
 ponderis ac momenti in se contineret; Idq; etiam fir-
 46 matum in *l. fin. Cod. de Testam.* Ubi Rusticis ex speciali
 privilegio indultum est jus, coram quinque Testibus te-
 standi, in Casu, quò plures haberi nequeunt; Sin itaq;
 duo, vel tres sufficerent Testes, frustra Imperator in
d. l. fin. præcisè quinque desiderâisset. Idemq; contine-
 tur in *l. 8. §. 2. ff. de Jure Codicill & l. 2. pr. ff. Si quis aliq. test.*
prob. & c. ubi ab Intestato decessit, qui numerum Testi-
 47 um completum haberi non potuit. Hinc ad Contra-
 ria, nobis adversantia, respondendum, *l. fin. ff. de Testam.*
Milit. non esse extendendam ultra casum ibidem ex-
 pressum. Etenim in *d. l.* hoc jus privilegii locò indul-
 getur non militantibus; In Privilegiis verò neque ob
 pari-

paritatem, neque ob identitatem rationis procedere, extensionem, certum est, arg. l. 14. & sequ. ff. de LL. Enenckel. de Privilegiis, lib. 2. cap. 4. num. 25. Card. Tusch. Tom. 7. lit. P. concl. 731. num. 2. & 7. Tabor. Tr. de Metat. p. 3. c. 4. art. 6. tb. 9. Nec (2.) Consuetudo de Casu in Casum extendenda, Mev. P. 2. dec. 30. & 185. maxime, si contra dispositionem Juris inducta sit, Mev. P. 4. dec. 3. n. 4. Nisi ergo in specie probetur, consuetudinem in nostro etiam casu duos recepisse Testes, Argumentum à Testamento, scilicet peste condito, deductum, vim nullam habebit. Novellas verò Leonis quod concernit, respondemus; Hanc Novellam Correctoriam esse L. ultima, C. de Testam. Jam autem quoties Novellæ Leonis aliquid corrigunt, toties standum est J. Justiniano; quinimò nec ipsæ valent Novellæ, nisi usu Fori demonstrantur receptæ. Cui nostræ sententiæ adstipulatur quoque Gilken. ad L. fin. Cod. de Testam. Harpr. ad §. 3. l. de Testam. n. 39. & præ cæteris Dn. Stryk. in speciali Dissert. de Testamento in litem confecto. tb. 26.

Sed verò cum Jure Novò Testamenta dividantur in Publica & Privata, Dn. Eckold. tit. qui testam. fac. poss. §. 2. priorisque generis sint, quæ Principi offeruntur, vel apud Acta fiunt, Dn. Struv. Exerc. 32. tb. 9. Dn. Hopp. lib. 2. tit. X. §. 3. acris sanè oritur disputatio, utrum valeat Testamentum, solo judici præsentis oblatum? num verò in Actu hujus oblationis simul opus sit præsentia Actuarii & Assessorum Judicii? Quòd ut eò distinctius explicetur, distingvimus inter Testamentum Judici, pro Tribunali sedenti, insinuatum, & inter id, quod extra judicium in loco privato ipsi offertur. Et in judicio oblatum, solius judicis præsentia sustineri, quamvis non adfuerint Scabini, propugnat Carpz. J. F. p. 3. Const. 3. def. 15. n. 5. & seqq. Richter.

- 55 *p. 1. dec. 30. n. 28.* Cujus sententiam etiam approbat Sereniss. Elector Saxoniae in *Dec. 45. §. fin. ibi:* Was aber die vor unserer decision dem Richter allein übergebene/ und zu den Acten gebrachte Testamenta betrifft/ die verbleiben/ wann sich sonst kein Mangel dabey befindet/ zu Verhütung allerhand inconvenientien, und aus andern Ursachen nicht unbillig bey Kräfften. Idemq; præjudiciò confirmat Richter. *ad Auth. p. 1. Dec. 30. n. 24.* Supplet namqve Judicis Autoritas omnes defectus, ex quo nec alii Testes ad confectionem ejusmodi Testamenti desiderantur, Reusner. *de Test. part. 4. cap. 19. n. 4.* Hillig.
- 56 *ad Dopell. Enucl. lib. 6. cap. 6. lit. D. & E. cum in l. omnium, 19. in pr. C. de Testam.* nihil requiratur, nisi ut aliquis coram Actis cujuscunqve Judicis, etiam Municipalis, mentis suæ postremum publicet judicium; ex eò, quòd verisimile sit, judici, pro Tribunali sedenti, semper adesse multitudinem Hominum, fide dignorū, qui de ultima Testatoris voluntate testimonium perhibere possent, ut ita nulla fraudis ac falsitatis suspicio præsumatur, *Dd. in d. l. omnium 19. Pistor. p. 3. qv. 28. n. 12. Carpz. d. L. n. 9. & 10.*
- 57 In Praxi autem communiter receptum constat, præter Judicem necessariam quoque esse Actuarii personam, *Mev. ad d. L. p. 2. tit. 1. art. 1. n. 99. Struv. Exerc. 32. tb. 9. §. de Posteriori. B. Dn Brunn. ad d. L. 19. Cod. de Testam. n. 15. Finckelth. Obs. 36.* Quod ipsum confirmatum vide ab Elect. Sax. in *Decis. 45. ibi:* des Actuarii Person aber kan keinesweges übergangen/ oder aufgelaassen werden. Hoc tamen intelligendum, si nemo Scabinorum præsens sit; Aliàs enim hi personam absentis Notarii possent supplere, *B. D. Br. d. n. 15.*
- 58 At si *Periculum in Mora*, nec Actuarius ob præsentaneam Testatoris mortem tam citò accersi queat, Testamentum, soli judici in loco judicii oblatum pro valido

lido habendum, per *d. Decis. Elect. 45.* ibi: es wäre dann des Testatoris Todesgefahr gegenwärtig/ und der Richter könnte den Actuarium so geschwinde nicht erlangen/ auf diesem fall/ und wann der Richter wegen solcher Gefahr gerichtlichen attestiret, soll das Testament vor beständig gehalten werden. Außer welcher Necessität aber unsere Decision nicht zu extendiren ist.

Extra iudicium verò si iudici insinuetur Testamentum, planè non convenit inter Dd. quot personæ adesse debeant. Aliqui namque præter Judicem duos adhuc requirunt Scabinos, Dn. Hopp. *in Exam. Instit. tit. de Testam. ordin. qu. 10.* Finckelth. *Observ. 63. n. 64.* Köpp. *Decis. 45. n. 16.* Alii iudici & Actuario unum, vel alterum adjungunt Assessorem, Carpz. *J. F. p. 3. Const. 3. def. 17. num. 3.* Eckold. *ad ff. tit. qui testam. fac. poss.* Alii verò extra locum iudicii, solius iudicis & Actuarii præsentiam sufficientem credunt, si ad Ægroti petitionem compareant, Struv. *Exerc. 32. tb. 9. circa fin.* Hahn. *ad Wesenb. Tit. qui testam. fac. poss. n. 10.* ad verba: SED ETIAM QUI DOMI. Quorum sententia iterum confirmatur arg. *Dec. Elect. Sax. 73. in fin.* ibi: daß er (scil. der Actuarus) den des Richters Stelle vertrete/ und also genug wäre/ wenn er gleich nur eine Person bey Aufrichtung des Testaments bey sich gehabt. ubi Actuarus, officio iudicis simul fungens, sufficere dicitur cum adhuc unica persona.

Et hoc etiam de Jure Communi verius, cum enim Testamenti factio sit Actus voluntariæ Jurisdictionis, Carpz. *J. F. p. 3. c. 3. d. 13. n. 4. & d. 14. n. 2.* Mev. *p. 3. Dec. 195.* Reufner. *Tr. de Testam. p. 4. c. 19. n. 15.* nihil refert, num in iudicio fiat testamentum, an extra illud condatur; quoniam & illa apud Acta fieri intelliguntur, quæ extra locum iudicii coram iudice fiunt, arg. *L. 5. ff. de Manu-*
miss.

- 68 *miss. vind. Richt. p. 1. Dec. 30. Carpz. d. c. 3. d. 6.* Sicuti ergo Judicis & Actuarii persona sufficiens est in iudicio; Ita & hæc sufficiet extra iudicium, *Struv. Exerc. 32. t. b. 9.*
- 69 Quamvis ob *Periculum in Mora* etiam hoc casu solius iudicis solenniter rogati præsentia sufficiens dicenda sit, *arg. d. Dec. Elect. 45. ibi: Es wäre des Testatoris Todes-gesahr gegenwärtig/ etc.* Etenim hoc periculum rarius quidem in iudicio evenit, frequentius verò extra iudicium. Addantur superius à nobis dicta *n. 61.*
- 70 Si verò ipse Judex ex justa forsitan causa impeditus, præsens esse haud possit, ulterius quærimus, *Annon sufficiat, cum Actuario unum iudicii Assessorem iudicem misisse*
- 71 *ad Testatorem morbo decumbentem?* Et Negativam est amplexus *Seren. Elect. Saxon. in Dec. Elect. 73.* ubi constituit, quòd præter Actuarium adhuc duo ablegandi
- 72 sint Scabini. Verùm & hic casum, ubi *Periculum in Mora*, excipiendum autumo, ita ut sufficiens sit, unicum ablegari Scabinum cum Actuario; in casu namq; necessitatis, & ubi periculum mortis imminet, ultimis favendum esse voluntatibus, abundè testatus est ipse,
- 73 *Elect. Saxon. præd. Dec.* Quinimò extra Saxoniam verius quoque iudicamus, quòd unicus sufficiat iudicii Assessor, cum Actuario missus; Est enim hæc Jurisdictio civilis, ordinaria, quam iudex alii demandare potest, *Lauterbach. Compend. tit. de Jurisd. pag. 24.* Adeoque idem, an ipse Judex præsens sit, an verò alium, in sui locum surrogatum, ad ægrotantem mittat, dummodò ab ipso Iudice facta fuerit ablegatio, *Georg. Schultz. in Synopsi Inst. tit. de Testam. ordinan. lit. D. pag. m. 132. Carpz. ad*
- 75 *L. 2. n. 1. § 2.* Nam si fortuito, vel ex privato arbitrio, vel ad preces decumbentis advenerint, non sufficit Testamentum coram iis conditum, *Richt. Part. 1. dec. 30. n. 26.*
- Legi.

Legitimè jam confectò Testamento, eòqve publicatò, Heredi deliberandum de Hereditate, per Testamentum delatâ, vel adeunda, vel in casum cessantis lucri repudiandâ; non enim prudentis, sed temerarii hominis esset, sine deliberatione adire hereditatem; quia semel hereditate aditâ, omnibus hereditariis Creditorebus obligatur, licet solvendo non sit hereditas, ut inquit Anton. Perez. *C. de l. deliberandi. n. 1.* nec non Dn. Eckold. *d. t. §. 1.* Accedit, quòd citra hanc aditionem hereditas, licet delata, tamen non acquiratur, neq; ad Heredes post mortem instituti transmittatur, *L. un. §. 5. C. de Caduc. toll. l. 7. C. de Jur. delib. Nisi ex jure Suitatis, per L. 3. C. de Jur. delib. & l. 8. C. de Suis & legitim. liberis & c. ex jure Sangvinis, quando descendentes ad liberos suos hereditatem, etiam nondum aditam, transmittunt, l. un. C. de his, qui ant. apert. & c. ac deniq; ex jure deliberandi, si sc. Heredes, hereditatem sibi delatam esse scientes, eandem ad quovis Heredes intra annum transmittant. L. 19. C. de Jure deliber. vid. quoque Dn. Struv. in J. prud. lib. 2. tit. 23. §. 16. & præcipuè Dn. Stryk. in Tr. de Success. ab Intest. disp. 1. cap. 2. §. 3.*

Quòd si vero in Testamento nominatus, Heres esse nolit, sumòpere sibi caveat, ne talia faciat, ex quibus præsumtio nasci posset, se pro herede eadem gessisse. Ut enim nemo Heres fiat ex eo solo, quòd Heres sit nominat⁹ à Testatore, Carpz. *P. 5. dec. 16.* B. Dn. Brunn. *ad L. 20. ff. de Acq. vel Amitt. Hered. n. 1.* Attamen, qui ex hereditariis rebus aliqua vendit, vel diu illas possidet, nomina exigit, divisionem instituit, omnino Heres præsumitur, *d. L. 20. §. 1. ff. de Acq. vel amitt. hered.* Philipp. *ll. Pract. Inst. l. 2. Eclog. 78. Mev. p. 4. dec. 173. n. 2.* Exceptò casu, quò res in Hereditate repertæ, tempore sunt perituræ; Tum enim,

H

quia

quia *Periculum in Mora* est, citra Heredis animum illas diffrahere non prohibetur, B.Dn.Br. *ad d. L. 20. n. 7.* Nam
 83 taliter gesta, quæ à Gestore negot. aliàs geri possunt, non inferunt præsumtionem aditæ Hereditatis.

Porro, quoniam hic de Hereditate rebusque hereditariis actum est, lubet adhuc propter affinitatem de Hereditate jacente quædam annectere. Quamvis itaque
 84 contra jacentem Hereditatem non detur actio, & iudicium, de Hereditate jacente institutum, nullum fit,
 85 Gail. 2. *Obs. 130. n. 3.* Mev. *P. 5. dec. 287. n. 1. p. 7. dec. 97. n. 1. p. 8. dec. 136. n. 3. & dec. 192. n. 3.* Fallit tamen hæc doctrina in casibus celeritatem desiderantibus, quando videlicet *Periculum est in Mora*; quia tunc potest intentari iudicium contra Hereditatem jacentem, nullò etiam Curatore datò, Gloss. in *L. si diu, ff. ex quib. caus. Maj. & c.* Gail. *d. l. n. 6.* Sic etiam Hereditatis nomine, donec adita erit,
 86 quiescere, opus non est. Sed si quis Hereditatis causam agere, vel contra Debitores hereditarios experire velit, admittendus est, maxime si *Periculum sit in Mora*, Mev. *P. 7. d. 97. n. 3.*

CAPUT IV.

DE

Periculo in Mora Ratione
Processus Civilis.

SUMMARI A.

Natura Humana ad injustitiam proclivis est.	1. Ejus Exceptio.	3.
Quare Judices sint constituti?	2. Quæ pœna invasionis rei violentæ?	4.
Num quis privatâ Autoritate rem, per sententiam sibi adjudicam occupare possit?		6.
		An

An hac sibi locum vindicet, si periculum in Mora?	7.	Utrum eadem observanda circa depositionem, sive sequestrationem pecunia, vel rei?	34.
Hujus Exemplum.	8.	Quid si P. sit in Mora.	35.
Ampliationes.	10.	Propter hoc periculum Mora idem obtinet pendente Appellatione.	36.
An Debitor capienti resistens ac fugiens possit impunè occidi?	12.	Citationi certus, usq; non feriatuſ dies inferendus.	37.
Citationi Reali in Civilibus regulariter locus non est.	13.	Distinctio.	38.
Quid si contumax sit Debitor?	14.	Excipitur Periculum, quod in Mora est.	39.
Ratio.	15.	Exempla.	40.
In Casu, ubi Peric. in Mora, quid juris?	16.	Citatio Die festo an possit insinuari?	41.
Quis dicatur de fuga suspectus?	17.	Quid Fori observantia in hoc receperit?	42.
Arestum regulariter illicitum.	18.	Rationes.	43.
Cautela pro Judice in decernendo Aresto.	19.	Reprehensio Praxeos.	44.
An in Casu dubio Arestum decerni possit?	21.	Nostra Restrictio.	45.
Num ad impetrandum Arestum necessaria sit exhibitio instrumenti obligationis Authentici?	22.	Citatio in Feriis Messum facta, an valeat?	46.
Negatur, quando P. in M.	23.	Exceptio in illis rebus, quae propter Moram Periculo subiacent.	47.
Propter hoc Periculum Mora circa impetrationem Arestuſ nec locus, nec tempus attenditur.	24.	Divisio Processus in O. & S.	48.
Judex de nocte non potest judicare.	28.	Processus Summarii descriptio.	49.
Nisi P. sit in M.	29.	An Cause ordinaria summariam tractari possint?	50.
De Relaxatione Arestuſ propter hoc P. in Mora.	30.	Ejus Limitatio.	51.
Citatio ad Substantiam judicii pertinet.	31.	Quanam sint cause, in quibus periculum ex Mora timendum?	54.
An hac sit necessaria in judicio summarissimo?	32.	Propter hoc Periculum Mora etiam decernuntur mandata sine CC.	55.
Exceptio propter periculum, quod in Mora est.	33.	In quor casib9 locuſ habeant?	56.
		H 2	Sub-

<i>Substantia Judicii in L. C. constit.</i>	57.	Exempla.	85.
<i>Hinc ejus fundamentum vocatur.</i>	58.	Testes demum post Litis Contest. examinantur.	86.
<i>Limitatio ob P. M.</i>	60.	Limitatio quoad Examen ad perpetuam rei Memoriam.	87.
<i>Adducuntur Exempla.</i>	61.	Quando (1.) P. in Mora hic esse dicatur?	88.
<i>Transitus ad Materiam Testium.</i>	62.	Qui vocentur Senes?	89.
<i>Probatio quot Testibus fieri debeat?</i>	63.	Num tempore Pestis, Belli ac Famis idem obtineat in juvenibus?	90.
<i>An inhabiles rejiciantur?</i>	65.	Quando (2.) P. in M. dicatur?	93.
<i>Quid si P. in M?</i>	66.	An Mulier pragnans annumeretur valetudinariis?	94.
<i>Distinctio.</i>	67.	Hujus Ratio.	95.
<i>An Testes ante depositionem jura re teneantur?</i>	68.	Exemplum Rachelae ex Bibliis peti- tum.	96.
<i>Ratio.</i>	71.	Quando (3.) P. in M. dicatur.	97.
<i>Ampliatio quoad Clericos.</i>	72.	Comparatio mortis cum longa Absentia.	98.
<i>Authentica, sed Judex, C. de Episcop. & c. nobis contraria refutatur.</i>	73.	Qua talis vocetur?	99.
<i>Declaratio J. Canonici.</i>	74.	An propter Peric. Mora judex incompetens Testes examinare possit?	100.
<i>An hoc juramentum in Processu etiam Summario praestandum?</i>	75.	Decisio.	101.
<i>In Possessorio Summarissimo quid juris?</i>	76.	Transitus ad Appellationem.	102.
<i>Exceptio ratione P. in M.</i>	77.	Appellatio quos Effectus producat?	103.
<i>Ratio.</i>	78.	An pendente Appellatione quid possit innovari?	104.
<i>Confirmatio Elect. Sax.</i>	79.	Ratio.	105.
<i>Ad Examen Testium an citanda sit Pars Adversa?</i>	80.	Quid si Periculum subsit periturae probationis?	106.
<i>Limitatur, ubi P. in M.</i>	81.	Decisio.	107.
<i>Ejus Ratio.</i>	82.	Ratio.	108.
<i>An hac Citatio Partis quoque requiratur in Examine ad perpetuam rei memoriam?</i>	83.	An Judex etiam ad quem hoc Examen expedire valeat?	109.
<i>Exceptio.</i>	84.	Ratio	

Ratione Processus Civilis. 61

Ratio.	110.	executioni demandare vale-	
Appellatio omnibus competit.	111.	at?	121.
Quid si Res non admittat dilatio-		Quid facta Executione Judici In-	
nem?	112.	feriori observandum?	122.
Exempla.	113.	Jurisdictio Judicis à quo per Ap-	
In Causis, Structuram Aedium con-		pellationem suspenditur.	123.
cernentibus an recipiatur Ap-		Ejus Ampliatio.	124.
pellatio?	114.	Attentata in continenti sunt revo-	
Rationes.	115.	canda.	125.
An idem juris sit in Reparatione		Fallit hoc, ubi P. in M.	126.
Aggerum?	116.	Regula.	127.
Hujus Restrictio.	117.	An E. Lite pendente Judex inferior	
An locus sit Appellationi in Causis		ad Examen Testium possit pro-	
Alimentorum ac mercedis ope-		cedere?	128.
rariorum?	118.	An idem facere possit, ut capiatur	
Ratio.	119.	Delinquens.	129.
Excipiuntur Alimenta præteri-		An Debitor ex Causa Fiscali, pen-	
ta.	120.	dente Appellatione ad Solutio-	
An pendente Appellatione judex à		nem compelli possit?	130.
quo propter P. in M. sententiam			

QUOD Hominum natura & Indoles ita fit com-
 parata, ut quisque sibi magis faveat, suæve
 causæ, atque ob φιλαυτίαν, sibi quasi connatam,
 quam facile à Justitiæ tramite deflectat, indu-
 bitatæ veritatis assertum est. Hinc ipsa efflagitavit ne-
 cessitas, ut publicâ Autoritate certæ constituerentur
 Personæ, quæ inter Litigantes causas controversas co-
 gnoscerent, easque cognitatas mediante sententiâ deci-
 sivâ componerent. Unde privatâ Autoritate, quod ali-
 cui per sententiam adjudicatum est, apprehendere non
 licet. L. 13. §. 3. ff. de Usufr. l. 6. §. 2. ff. de Re Judic. Vult. de Judic.
 l. 3. cap. 13. n. 25. Nisi Periculū sit in Mora. Vult. d. l. Gothofr.
 in Not. ad d. L. 6. de Re jud. Ex quo etiam severius in Ju-
 re

- re nostro interdictum legimus, ne quis in tantam furoris perveniat audaciam, ut possessionem rerum suarum, apud alios constitutarum, ante adventum judicialis arbitrii violenter invadat; Hòc namque factò Dominus rei suæ dominium amittit, si verò res fuerit aliena, & rem & æstimationem restituit, per *L. 7. C. unde vi, & l. extat 13. ff. quod metus causa*, ibiqve B. Dn. Brunn. Dn. Stryk. *de II. M. Pand. p. 394. & seqq.* Carpz. *J. F. p. 4. c. 35. d. 11. Et Dec. 259. n. 18. & seqq.* B. Dn. Brunn. *Cent. 1. Dec. 32. & Cent. 2. d. 78. Mev. p. 1. d. 95. Et p. 4. d. 217. 218, 219. & 220. & p. 7. d. 288. p. 9. d. 43. n. 2. Periculum tamen in Mora Privatis quoque largitur facultatem, sibimetipsis jus reddendi. Cujus solenne Exemplum est in L. ait Prator 10. §. 16. ff. quæ in fraud. Cred. & c. si scil. Debitor ex causa civili, in fuga constitutus, res nonnullas secum auferat, à Creditore privatâ autoritate apprehendi, & captivus quasi duci potest, Struv. *de Vind. Privat. Cap. 6. Aphor. 9. 25. Peck. de Jure Sist. c. 2. n. 1. & 2. Köppen. Dec 29. n. 7. & 8. Carpz. Tr. de Loc. Cond. p. 1. quest. 5. n. 10. & seqq. 1. Müller. Resol. mont. 26. num. 4.* Modò ita captus ultra 20. horarum spatium non detineatur, intra hoc enim tempus Judici loci ordinario sistendus. *l. 25. pr. ff. ad L. Jul. de Adult. Meier. in C. A. lib. 48. tit. 3. tb. 7. num. 7. B. Dn. Brun. ad L. ult. C. de exhib. & requir. Reis. n. 3. Köppen. d. decis. 29. n. 9.**
- 10 Quam doctrinam variè ampliant Dd. ita ut procedat (1.) quamvis Debitor Die etiam Dominicâ fugam arripiat, sic enim eâdem die capi potest & detineri, usquedùm constituat fidejussorem de solvendo, vel stando in judicio, *Gail. lib. 1. obs. 44. n. 1. Myns. Cent. 4. obs. 69. Köppen. d. dec. 29. n. 11.* (2.) Ut in Clerico fugitivo ac de fuga suspecto idem obtineat, per tradita à *Gail. d. obs. 44. n. 1.*

44. n. 2. Hillig. *ad Donell. lib. 17. cap. 2. lit. N.* Sin autem De-
 bitor, qvi in fuga constitutus, armatâ manu resistat ca-
 pienti, ipse quoque capiens armis se defendere, ac fu- 12
 gientem impunè lædere, vel planè occidere potest, jux-
 ta eundem Gail. *d. l. n. 3.* Köppen. *d. dec. 29. n. 12 & 13. conf.*
 Dn. Muller. *Dis. de Fuga, Jenæ habitæ.* Hæc cum ita se se
 habeant in Personis Privatis, multò magis idem juris
 erit in Personis Publicis, nempè Judice, qvi in Causa
 quidem Civili contra neminem procedere potest rea- 13
 liter citandò, cum in arbitrio citati sit positum, velitne
 in propria comparere persona, an per Procuratorem,
L. 26. C. de Procurat. Gail. lib. 1. Obs. 48. Dn. Stryk. *in Introd.*
ad Prax. cap. 4. §. 3. quam libertatem iudex nemini sine
 causa debet adimere, B. Dn. Brun. *ad d. L. 26. C. de Procurat.*
n. 2. Mev. *P. 4. dec. 89. n. 5. & p. 6. dec. 18. seqq.* in tantum, 14
 ut ne quidem rei contumacia sufficiens sit, ad decer-
 nendam realem citationem, Myns. *Cent. 3. obs. 4.* Struv.
Exerc. 7. tb. 31. Mev. *d. p. 6. dec. 19.* quia Executio in bona 15
 facienda, Brunn. *ad l. 8. C. quom. & quando iudex & c. n.*
19. & seqq.

Quòd si verò *Periculum in Mora* sit, inqve Reum ca- 16
 dat fugæ suspicio, tutò Judex ad talem devenire potest
 citationem, *d. L. ait Prator. 10 §. 6. ff. qui in fraudem Cred. & c.*
 B. Dn. Brunn. *in Process. Civil. c. 3. n. 39.* Dn. Stryk. *in Usu M.*
ff. tit. de in jus voc. §. 9. Marant. *p. 6. membr. 1. n. 58. & 59.*
 Carpz. *J. F. p. 1. C. 30. def. 17.* Quis verò dicatur de fu- 17
 ga suspectus, Judicis arbitrio committit Treutl. *vol. 1.*
disp. 5. tb. 2. lit. B. qvi hoc æstimabit ex eo, quando De-
 bitor, bona immobilia haud possidens, nihilominus sum-
 tuosè ac splendidè vivit, vel si fama sit, eum plus debe-
 re, quam vires ipsius Patrimonii ferunt, indeqve fugam
 machinari, Berl. *p. 1. Concl. 73. n. 31. add. Köppen. dec. 29.*
n. 10.

- 18 n.10. Idem quoque iudicium erit de Arrestis; Nam regulariter ab iis non est incipiendus Processus, tanquam ab executionis specie, *L. 1. C. de Execut. rei jud. Gail. de Arrest. Imper. cap. 1. n. 10. Mev. Tr. de Arrest. cap. 2. § 6. per tot. § p. 2. dec. 262. n. 2. § p. 5. d. 113. n. 7.* Præsertim verò ab iis abstinendum, quando certum non est, quòd Arresto locus esse possit, *Mev. d. Dec. 262. n. 3. § seqq.*
- 19 § p. 3. dec. 315. n. 1. Ideò citandus est Adversarius, priusque summaria saltem causæ cognitio adhibenda, an scilicet persona arestanda salvendo sit, nec ne, *Gail. de Arrestis. Imper. prad. c. 1. n. 10.* Etenim hoc jus naturale requirit, ut non, nisi auditò eò, cuius interest, statuatur, quod incommodum infert, *l. de Unoquoq. 47. ff. de Re judic. Mev. d. Dec. 262. n. 7. § p. 8. Dec. 309. n. 9.* Saltem ubi *Periculum in Mora* est ex Fuga, Dilapidatione, Alienatione in Potentioem & similibus, taliumque metu fieri potest, ut in dubio quoque locus Arrestis sit, *Mev. d. Tr. de Arrestis. cap. 6. n. 1. § seqq. § d. Dec. 262. n. 6.* Porro nec originalis obligationis exhibitio ad Impetrationem Arresti præcipuè necessaria, sed demonstratio
- 22 alia omnino sufficit; quia in Arrestis decernendis *Periculum in Mora* est, ne, dum Creditor de originali est sollicitus, Alii eum præveniant, juxta Dan. Müller. & Matth. Coler. quos alleg. & seqv. *Carpzov. de Process. Tit. 21. art. 1. n. 31. § seqq. § lib. 4. Resp. 38. num. 7. Berlich p. 1. Dec. 107.* Sic etiam Arrestum ob *Periculum Mora* quolibet in loco impetrari potest. *Carpz. 7. F. p. 1. c. 29. d. 15. § de Proces. Tit. 21. Art. 3. n. 1. § seqq.* Eademque ratio facit, ut tempore quocunque impetrari queat Arrestum, non solum in diebus juridicis, sed etiam die feriatò, ut omnes fatentur, Teste Dan. Müll. *lib. 3. semestr. 44. n. 1. Carpz. 7. F. d. p. 1. c. 29. d. 16.* Quamvis aliàs sententia
- 26 feri-

feriarum tempore lata adeò nullius sit momenti, ut Exceptio nullitatis, quæ ei opponitur, impediatur executionem. Wesenb. *Consil.* 152. n. 40. quod enim nullum est, nullum gignit effectum, C. 52. de R. l. in 6. Quin & si 27
Periculum sit in Mora, Creditorque metuat, ne alii Creditores eum præveniant, de nocte etiam concedi posse Arrestum, tradit Peck. in *Tr. de Jure Sistend.* cap. 10. n. 2. quia tantum valet factum de nocte, quantum de die. L. 20. C. de *Transact.* Hujus occasione non omittendum, 28
quod Judex non possit de nocte super causâ, in judicium deducta, pronunciare, cum inconueniens sit Magistratui, vespertinis temporibus in publico esse, l. 2. §. 31. ff. de O. J. Attamen quando res tempore peritura est, tunc 29
sententiam & de nocte ferri posse, statuit Bart. in L. 2. ff. de *Fer.* n. 2. nec non Eckold. ad ff. tit. de *Re judic.* §. 11. n. 3. ubi enim *Periculum evidens est in Mora*, ibi neq; loci, neq; temporis ratio haberi potest, Dan. Moller. d. lib. 3. *semestr.* c. 44. n. 4. & seqq. Denique circa Relaxationem Arresti, 30
ubi *Periculum in Mora*, notandum est, eam fieri super Vineis, quæ aliâs incultæ manerent, prout ita decisum in Cam. Imp. uti habet *Tom. 1. Sympbor. p. 2. T. 6. vol. 5. n. 39.* Quem casum refert Gail. lib. 1. de P. P. cap. 5. n. 11. in marg.
Circa Citationem multa occurrunt singularia, & 31
primò quidem constat, quod omnis judicii etiam summarii requisitum substantiale & naturale sit Citatio, *Dd. in L. 1. ff. de in Jus voc.* sine qua fieri non potest informatio, l. de unoquoque, 47. ff. de *Re Judic.* *Mev. P. 2. dec. 237. n. 3.* Attamen circa summarissimum Processum non aliter id 32
obtinetur, quam si turbationis & turbarum pericula dubia sunt, & res moram patitur. Aliâs verò secus se 33
res habet, hinc ubi *Periculum in Mora est*, Judex, omisâ citatione, progreditur, *Caroc. Dec. 19. n. 97. Græy. ad Gail.*
I lib.

- lib. 1. Concl. 6. Mev. d. p. 2. Dec. 237. Marant. part. 6. de Ci-
tat. n. 6. 7. 10. 12. 14. 15. 16. cum seqq. confer. tamen Zaun-
34 schliffer. Anton. Mevian. variat. 7. Ulterius, nec illud fi-
lenti peplō involvendum puto, quòd circa Depositi-
onem, seu Sequestrationem pecuniæ, vel rei, de qua a-
gitur, haud pauca consideranda veniant à Judice, uti
hæc optimè deducit, Mev. d. p. 2. d. 246. quæ omnia cau-
sæ cognitionem requirunt, ideoqve partem, adversus
quam petitur, audiri, æquum atqve necesse est, juxta
superius alleg. L. de unoquoque 47. ff. de Re judic. Mev. d.
35 p. 2. d. 246. n. 9. & p. 5. d. 234. n. 4. & seqq. Nisi summum in
Mora Periculum adsit. Tunc enim sequestratio sine ci-
tatione & causæ cognitione justè decernitur, Gail. 1. Obs.
147. n. 2. Mev. p. 1. decis. 167. n. 6. p. 2. d. 246. n. 10. & p. 5. dec. 234.
ubi Contardum ad L. un. C. si de Mom. poss. & c. allegat,
36 Imò & pendente Appellatione ob metum dissipationis
sequestratio decernitur, etiam non citatō, nec auditō
Appellante, ubi aliquid Periculi est in Mora, ut eleganter
more suō decidit Laud. Mev. p. 7. dec. 160. & p. 9. D. 88.
37 & 89. De cætero per se notum est, quòd in omni Ci-
tatione certus exprimendus sit dies, qui non debet esse
festus, in honorem Dei dedicatus, cum alioquin Citatio
nullitate laboret, L. fin. C. de Feriis. & ibi B. Dn. Brunn.
Gail. lib. 1. Obs. 53. n. 1. Mev. P. 2. dec. 276.
38 Rectiùs tamen cum aliis distinctione utimur, an ni-
mirū Citatio directō fuerit facta ad diem feriatum, v. gr.
ad Calendas Januarii, & tunc Citatio est ipsō Jure nulla,
Mev. p. 2. D. 276. n. 2. & p. 3. d. 276. n. 7. an forte fortunâ incidat
in diem feriatum, quò casu Citato comparandum est die
sequenti non feriatâ, per C. Cum dilecti 6. X. de Dolo & Con-
tum. Dn. Stryk. in U. Mod. ff. tit. de in Jus vocand. §. 10. & ad tit.
ff. de Feriis §. 9. Et ex eo Dn. Schöpffer in Synopsi ff. d. tit. de in
jus

jus voc. n. 19. Quoties autem *Periculum in Mora*, toties ad 39
diem etiam festum fieri potest Citatio, arg. *l. 3. C. de*
Feriis. e. gr. in *Causa Alimentorum decernendorum*, 40
vel, si causa publicam concernat utilitatem; *Gail. l. 1.*
d. Obs. 53. n. 13. quia in genere Die etiam Dominicâ omnes
Causæ Necessitatis, ac *Pietatis* peragi possunt, B. Dn.
Brunn. in Proc. Civil. cap. 6. n. 21.

De *Insinuatione* quoque *Citationis* quidam dubi- 41
tant, an fieri possit Die *Dominica*? Et *Negativa* de *Jure*
quidem *Civili* verior, *L. ult. C. de Feriis*, ibique Dn. Brun.
n. 3. In *Praxi* tamen communiter existimant hodiè Die 42
quoque *Dominica* fieri posse *Citationis* *insinuationem*,
Gail. lib. 1. obs. 53. n. 7. ibique *Græv. in Concl. consid. 1. tum*, 43
quòd *Citationis* *insinuatio* causæ *cognitionem* deside-
ret nullam, *tum*, quod in *Camera Imperiali Nuncii*, vel
ipsò *Paschatis Festò* à meridie, *sacris jam habitis*, *Citâ-*
tiones & Processus Partibus *insinuent*, prout testatur
Meier in C. A. tit. de Feriis §. 21. Quam *Praxin* rectissime 44
reprehendit *Vultej. de Judic. l. 2. c. 7. n. 340.* Et nos aliter 45
non admittimus, nisi ob *Periculum in Mora*: Hoc enim
cessante, tutius erit sequi *d. l. ult. C. de Feriis*, ac juxta ejus
præscriptum *insinuationem* peragere die non *feriatò*.

Citatio quoque in *Feriis* *Mesium* facta etsi aliàs non 46
stringat, aut vires habeat, sed nulla sit, neque *Citatus* *com-*
parere teneatur, *Mev. p. 2. d. 276. n. 2.* competente sc. adver-
sus tales *Citationes* *Feriarum* *Exceptione*, idè *p. 6. D. 276. n.*
2. §. p. 261 n. 2. *Carpz. J. F. p. 1. c. 3. d. 22.* Excipiuntur tamen 47
ab hoc *jure* illæ etiam causæ, in quib⁹ *Periculum est in Mora*,
quæve *celerem expeditionem* desiderant, *Mev. d. dec. 261.*
n. 4. §. 6. per tot. conf. Ricc. in Specim. Except. Forensi. p. 87. §.
segg. & Ah. Fritsch. Tr. de Messe cap. 8. A *Citatione* nunc pe- 48
dem promovemus ad ipsum *Processum*, qui duplex for-

- matur, Ordinarius, vel Extraordinarius, five Summarius;
- 49 Dn. Stryk. *in Introd. ad Prax. For. cap. 1. §. 11.* Est autem Summarius Processus, in quo de simplici & plano proceditur, multis ordinarii solennibus omisfis, Carpz. *in Process. tit. 1. art. 1.* Dn. Stryk. *d. l. §. 13.* Mev. *p. 1. d. 170. n. 3.*
- 50 *§. p. 5. dec. 106. n. 1.* Et regulariter Causæ, ad Processum Ordinarium pertinentes, summam tractari non possunt, B. Dn. Br. *in Proc. Civ. c. 1. n. 17.* Carp. *J. F. p. 1. c. 2. d. 18.* Mev. *p. 1. d. 170. §. 171. §. dec. 188. n. 4.* Dn. Frommann *Dis. de utriusq. Judicii Ord. §. Summ. natura &c.* A quo non recedendum, nisi gravissima subfit causa, eave talis, quæ non finit causam pertractari processu ordinariô, B. Dn. Br. *in Proc. Civil. cap. 1. n. 16.* ibi, vel ubi *Periculum in Mora;*
- 52 quando enim moram res non recipit, præveniendi periculi causâ Processus legitimus omittitur, tantum saluti confulitur. *l. 6. §. 9. ff. de Injust. rupt. & irr. fact. Testam.* Mev. *p. 3. Dec. 164. n. 2.* Frommann *d. dis. de Jud. ord. §. Summarii natura &c. pag. 32.* Quare in causis, ubi *in Mora Periculum est*, etiam adversus inauditos, & non citatos procedendum, sicque præcaveri non injustum est, ne gravior
- 54 calamitas accidat Mev. *p. 3. d. 164. n. 1.* In eo autem numero habentur causæ, in quibus aut res, propter quas lis exoritur, nisi celeriter proceditur, peritura sunt, arg. *L. 28. §. 3. & seq. ff. de Judic. O. Cam. p. 3. c. 2. §. item da das je nige/aut*, in quibus propter tardiolem expeditionem irreparabile damnum est metuendum, *d. O. C. cap. 2. §. item: Sachen auß welchen &c.* Mev. *d. Dec. 164. n. 1. in alleg.*
- 55 Ad eundem modum celerrimè proceditur in Causis, quæ moram non patiuntur, Mev. *d. l. petendô* nimirum Mandata sine CC. quæ alias regulariter prohibita. Dn. Stryk. *in Introd. ad Prax. For. cap. 3. §. 4.* & in qua-
- 56 tuor tantum casibus locum habent, germanicè *die vier Fälle/*

Falte/inter quos etiam est, si Causa moram ferre nequeat, Gail. *de P.P. l. 1. c. 5. n. 11.* uti, si presentissimus metus Armorum adsit, si Alimenta denegentur, Friderus, vulgò d. Mindanus *de Mandat. c. 11. num. 6. & seq.* Si Res tempore sit peritura, qualis est, Fœnum, Fructus, &c. Mind. *d. Tr. cap. 46 n. 11.*

Digredimur jam ad Processum Ordinarium, in quo solennis requiritur Litis Contestatio, quippe ad substantiam hujus judicii spectans, Köpp. *in Usu Pract. Inst. lib. 2. obs. 104. n. 1.* Gail. *lib. 1. obs. 44. 9. & obs. 75. n. 1.* Etenim tunc propriè judicium dicitur incipere, cum facta est Litis Contestatio. Mev. *p. 1. Dec. 165. n. 7. & p. 2. dec. 293. n. 5.* Gail. *d. l. n. 4.* Indeque vulgò vocatur Basis, lapis angularis & fundamentum judicii, quò deficiente nihil superædificari potest, Perez. *ad C. Tit. de lit. contest. n. 2.* Berlich. *p. 1. Conclus. 27. n. 31.* Mev. *d. p. 2. Dec. 293.* vid. quoque disp. *de Omissis in sententia, sub Præsidio Dn. Schultzii habita.* Quæ neque judicis autoritate, neque Partium conventionem potest omitti, cum sit juris publici, sed omissa Processum vitiat & sententiam latam reddit nullam, Carpz. *J. F. p. 1. c. 10. d. 8. n. 1.* Kopp. *d. l.* Gail. *d. l. 1. d. obs. 75. n. 1.* ubi Nullitatem ex illa omissa explicat; Limitant tamen dicta quoad *Periculum in Mora* v. gr. si agatur de possessorio momentaneo, five summarissimo, secundum Gilken. *ad l. 1. num. 119. & seqq.* Bardil. *de Litis Contest. tb. 52.* de spolio notorio. Idem Gilken. *ad d. l. 1. n. 112. 16. & 17.* vel attentato revocandò. Hisce enim Casibus solennem litis Contestationem minùs necessariam esse, deducit pluribus Nicolaus *in Process. part. 1. cap. 37. n. 9.*

Quum verò in hâc litis contestatione Reorum propriū esse videatur, negare intentionem Actoris, quò ille

63 saltem probandi onere gravetur, merito hic nobis confi-
 64 derandum, quid in Materia Testium operetur *Periculum*
Mora? Probationem verò Actori injunctam fieri debere
 per duos Testes omni exceptione majores, quibus nul-
 la Exceptio, vel ratione Personæ, vel ratione dictorum
 64 potest opponi, constat *ex l. 12. ff. de Testib.* Cum unus Te-
 65 stis non audiatur *L. 9. §. 1. C. de Testib.* Plures tamen non
 facile admittuntur, nisi Lege aliud disponente; spectat
 enim ad Judicem refrenare numerum Testium, *l. 1.*
§. 2. ff. de Testib. Hinc quoque inidoneos, ab Actore ad
 testificandum productos, ex Officio repellit, *Mev. p.*
5. d. 218.

66 Verùm, quid si *Periculum sit in Mora*, ita ut produ-
 cens amittat facultatem probandi, nisi Testes illi, aliàs
 inhabiles, ad Testimonium admittantur? Quò casu Te-
 stes etiam inidoneos examinari posse censemus cum
 Nicol. *in Process. cap. 59. n. 43. cas. 6.* Quantum verò illo-
 rum testimoniis tribuendum, Judicis erit æstimare,
 Hahn. *ad Wesenh. tit. de Testam. n. 7. ad verba: ET QUAN-*
 67 *DO LIBET.* Aliàs tamen distingvi solet, utrùm factum
 probandum ex sua natura difficilis sit probationis, &
 Testes quoque inhabiles admittendos esse, statuit Car-
 68 pZOV. *in Prax. Crimin. q. 114. n. 37.* An ex accidenti veri-
 tas, aliter haberi nequeat, quo casu testes inhabiles à
 dicundo testimonio removentur. B. D. Brun. *in Proc. Civ.*
cap. 20. n. 22. addatur pluribus Farinac. *Tr. de Testibus, tit.*
6. qv. 62. n. 50. seqq. Nicol. *in Process. p. 1. c. 59. n. 43.*

68 Id quoque certum Testimoniorum vim potissimum
 consistere in Testium jure jurando, quo promittunt se
 citra affectionem de omnib⁹, de quibus interrogantur,
 veritatem dicturos, adeò, ut testib⁹ injuratis non creda-
 tur. *l. Jurisjurandi 9. C. de Test.* Gail. *l. 1. Obs. 101. n. 1.* *Mev. p. 4.*
d. 76.

d. 76. n. 1. & d. 265. n. 1. Marant. p. 6. tit. de Test. product.
 num. 3. Mynsing. Cent. 3. observ. 80. Etiam si Juramen- 69
 tum post depositionem ex Jussu Judicis statim præ-
 stent, non sponte, ita idem Mynsing. Obs. 77. Cent. 4. Jo-
 han. Althus. cap. 28. de Testit. eorumq. Exam. Quid? quod 70
 Testes haud jurato deponentes, publicatis etiam atte-
 stationibus, denuo sub juramento examinandi sint. Ma-
 scard. de Probat. vol. 3. conclus. 1361. Hillig. in Donell. Enucl.
 lib. 25. c. ult. lit. N. Mev. p. 4. d. 150. Hahn. ad Wesenb. tit. de
 Test. Mynsing. d. cent. 3. obs. 80. Qvippe juramentum 71
 quasi de substantia cujuscunq; testimonii dicitur, B. Dn.
 Brunn. ad l. 9. n. 1. Mev. p. 4. d. 76. n. 1. & d. 265. n. 1. & p. 5. d.
 12. n. 4. Carpz. J. F. p. 1. c. 16. d. 69. & Decis. 77. & l. 3. Consist.
 d. 22. In tantum ut Clerici quoque fidem non faciant, 72
 nisi prius juramento fuerint obstricti. Hahn. ad Wesenb.
 Tit. de Test. n. 5. Licet contrarietur *Aurb. sed Judex C. de* 73
Episcop. & Cler. Irnerius enim propriâ Autoritate hic
 plura adjecit, quàm quæ in ipsa continentur Novella,
 utpote in qua tantum solennitas de tangendis manu
 Evangelii remissa est Clericis, non verò Juramenti
 præstatio, B. Dn. Brunn. ad d. *Aurb. n. 3. & 4.* Joh. Phi-
 lipp. ad Dec. Elect. Saxon. obs. 2. n. 20. Quod in Jure Ca- 74
 nonico clarè proditum, & quasi declaratum est in *Cap.*
cum in causa 7. An. X. de Juram. ibi: positus, sed non tactis
 Evangelii à Te videatur hujusmodi Juramentum ex-
 hibendum. Idemque obtinet in Processu Summario, 75
 quòd nec in eo testi credatur, nisi jurato, Ruland. de
 Commiss. lib. 2. cap. 11. n. 1. B. Dn. Brunn. ad Cod. de Test. d.
 l. 9. n. 2.

Neque in Possessorio summarissimo Testibus in- 76
 juratis fides habetur Philipp. ad d. Obs. 2. n. 1. Attamen 77,
 ob Periculum in Mora etiam Testi non jurato quan-
 doque

- doque credi posse existimaverim, si scil. metuendum, ne ex mora scandalum oriatur, vel partes ad arma profoliant, Philipp. ad d. Decis. 1. obs. X. n. 2. Carpz. J. F. p. 2. c. 7. d. 15. Nicol. in Proc. d. cap. 58. n. 4. circa fin. maximè, si plures testes concurrant, juramentò non adstricti, Cothmann. vol. 1. Resp. 20. n. 27. Modest. Pistor. vol. 1. cons. 51. n. 16. Frider. Pruckmann. vol. 1. concl. 23. n. 10. Quia in Possessorio Momentaneo Probationes non nisi ad Judicis informationem ex officio recipiuntur, quò in casu juramentum non necessariò desiderari, ait Conrad. Schleiff. in Not. ad Parat. Wesenb. de Test. num. 31. Nicol. in Proc. cap. 58. n. 4. Eademqve sententia confirmata ab Electore Sax. Dec. 1. ibi: im fall aber unter den Parteyen eine sonderbare Gefahr/ Gewalt und Thätigkeit/ oder Tumult zu besorgen/ auch zweyen unverwerfflichen/ unbeeeydeten Zeugen des fals geglaubet.
- 80 Porro quamvis ad substantiam Examinis Testium requiratur, ut citetur pars, contra quam rogatur hoc Examen, ad videndum jurare Testes, & formanda interrogatoria, Gail. d. l. 1. Obs. 102. n. 1. Mev. d. P. 4. d. 250. n. 3. p. 5. dec. 303. n. 2. & p. 8. dec. 471. n. 1. p. 9. dec. 95. n. 1. & Dec. 96. n. 1.
- 81 Testis tamen gravi morbo decumbens, ita ut Vitæ subfit periculum, à judice, etiam incompetente, imò solò Notariò, Parte Adversâ non citatâ, examinari potest;
- 82 quia Periculum, quod in Mora est, dilationem nullam patitur; si namq; Producentem tantisper expectare oporteret, donec judex competens vel ipse Examen institueret, vel commissiõnem decerneret, ille interim occumberet, sicqve Actor probationem amitteret indebitè, Gail. d. l. 1. obs. 102. n. 3. & lib. 1. de Pace Publ. cap. 5. n. 15.
- 83 Utut etiam in Examine ad perpetuam rei Memoriam, idem, quod de Citationem partis Adversæ diximus, obti-

obtineat, illaque omitti non debeat, vid. Roland. in *Tr. de*
Commis. & Commission. p. 2. l. 1. c. 17. n. 1. c. 17. n. 1. & seqq. EX- 84
 cipitur tamen *Summum in Mora Periculum*, quod illam
 Citationem non permittit, Gail. *lib. 1. Obs. 94. num. 4.*
 Veluti, si instans sit metuenda mors Testis, vel et- 85
 iam abitus ad loca, ubi difficilis imposterum illius co-
 pia futura est, svadeat, Examen non differri, conf.
 Gail. *d. l. 1. Obs. 102. num. 3. f. 9.* Ex isto hoc Examen.,
 non attentô, Adversarium citari haud posse, peragitur,
 Mey. *p. 8. dec. 471. n. 4.* Et quamvis constet, Testes re- 86
 gulariter post Litem demum contestatam, ac interpo-
 sitam Sententiam Judicis interlocutoriam in judicio pro-
 duci, & examinari posse, per *cap. quoniam frequenter, ult.*
X. ut lite non contestatâ, ibidemque CC. communiter, Gail.
l. 1. Obs. 93. n. 1. & seq. Mey. p. 6. dec. 382. n. 1. & 2. Productio 87
 tamen ad æternam rei memoriam (zum ewigen Ge-
 dächtniß) à prædicta Regula excipitur; utpote quæ
 productio locum habet, quotiescunque *Periculum in Mo-*
ra est, ne scil. copia probationum Actori subtrahatur:
 Hôc enim casu Testes, Lite etiam nondum contestatâ,
 recipi & ad depositionem admitti, minùs dubium est ex
 cit. *C. quoniam frequenter ult. X. ut lite non contestatâ, cap. si-*
gnificat 41. & cap. 43. X. de Testibus. Conf. R. I. de Anno 1600. §.
Es sollen auch 32. Hartm. Pistoris. p. 1. quest. 39. Carpz.
J. F. p. 1. c. 16. d. 35.

Periculum autem in Mora hîc esse dicitur, (I.) SI TE- 88
 STES SINT SENES, *prad. cap. ult. X. ut lite non contest.* Carpz.
d. l. Qui verò dicantur tales, juxta Menoch. de A. J. Q. l. 89
2. cas. 59. Judicis arbitrio relinqvitur, ut is pro diversita-
 te locorum, complexionumq; Senium id æstimet, ac si-
 mul causæ Naturam & qvalitatem consideret, num v. g.
 Testis ille Senio confectus verosimiliter haud valeat

K

vive-

- vivere ad L. usque C. Gail. *lib. 1. Obs. 92. n. 7.* Trentacinque
 2. *Resol. 82. de Test. n. 3.* Menoch. *de A. 7. 2. Cas. 60. n. 10.* conf.
 Dn. Seiter. *de Exam. Testium ad perpet. rei mem. tb. 31. & seqq.*
- 90 Dicta in præsentia de Senibus, procedunt quoque
 in illis, qui in florentia adhuc ætate sunt constituti. Sic
 tempore Pestis, vel alius Contagii tam accurata Senii
 91 non est habenda ratio; Etenim ibi Senum peræque
 ac Juvenum densantur funera, hinc ob necessitatem
 præsentem à Regulis Juris Communis rectè disceditur
 L. 8. C. de Testam. Gail. *1. obs. 92. n. 7.* Et ita in Cam. Ju-
 dicio Anno 1566. pronunciatum esse, refert Ruland. *de*
Commis. & c. p. 2. l. 1. c. 7. n. 4.
- 92 Hæc eadem ex identitate rationis ad Belli etiam
 ac Famis tempora jurè meritoque extendit, atque accom-
 modat Anton. Faber, *in Cod. l. 4. tit. 14. def. 1.* Dn. Seiter. *d. l.*
 93 *tb. 32.* Vel (2.) SI TESTES SINT VALETUDINARIJ, & pe-
 riculū subit, nisi maturè subjiciantur Examine, illos su-
 bitaneâ & inopinatâ morte surripi. L. fin. C. de Test. Nosve
 consequenter probationis copiâ defraudari posse, Me-
 94 noch. *d. cas. 60. n. 5.* Seiter. *d. l. tb. 34.* Referrī quoque
 huc poterit Mulier prægnans, quæ ob *Periculum Partus*
 95 quasi valetudinaria, Menoch. *d. cas. 60. n. 6.* Omnes e-
 nim Mulieres (inquit Græveus *Concl. 92. n. 9.*) in do-
 lore pariunt, & quandoque ob dolorem partus emo-
 96 riuntur; Sicuti Exemplum S. Paginae *Gen. 35.* in Rachela
 docet, non dicam, quotidianis Exemplis id comproba-
 ri. Quidni ergo idem & in his obtineret? &c. vid. Græ-
 97 veus *d. l. pluribus,* & ex eo Dn. Seiter. *d. l. tb. 35.* Vel
 (3) SI TESTES DIU SINT ABFUTURI, So die
 Zeugen an einen andern entlegenen Orte zu ziehen/ o-
 der sonst ferne zu verreisen/ Fürhabens sind/ mors enim
 98 cum longa Absentia æquiparatur, *in d. cap. quoniam fre-*
 quon-

quenter, propter multa incommoda & pericula, quæ Pe-
 regrinatio adfert. Quæ verò longa & diutina Testi- 99
 um Absentia vocetur, iterum ex communi Dd. Opinio-
 ne Judicis discretioni committitur, Menoch. de A. J. 2.
 l. 2. c. 62. Hartm. Hartmann. l. 2. tit. 15. obs. 6. Mev. p. 8. dec.
 413. Dn. Seiter. superius c. l. tb. 36. & seqq.

Denique hic etiam notandum, quòd ob hoc Peri- 100
 culum Mora quilibet Judex sit competens ad hoc Exa-
 men, Gail. 1. Obs. 93. n. 4. & obs. 102. n. 4. & l. 1. de PP. cap. 5.
 num. 15. Græveus. l. 1. Conclus. 93. Seiter. d. loco tb. 15. Mev.
 p. 4. d. 160. n. 5. & p. 6. d. 305. n. 3. in Not. ibi: ex eadem ratio- 101
 ne (ob Periculum scil. Moræ) existimatur, Testes ad
 perpetuam rei memoriam examinari posse, ubivis lo-
 corum degunt, etiam à Judice aliàs incompetente,
 Hartm. Hartman. l. 2. obs. 8. ac hujusmodi Examen à Ju-
 dice haud competente petitum, non esse nullum, aut
 cassandum eleganter decidit idem p. 8. dec. 281. Hactenus 102
 potissima, quæ ad Periculum in Mora circa materiam Testi-
 um spectare videbantur, dedimus explicata, jam necessi-
 tas quasi exigit, ut subjungamus ejus Effectus quoad pro-
 cessum Appellationis. Producit verò, uti notum, hæc 103
 Appellatio varios, eosque multiplices Effectus, inter
 quos haud postremus esse censetur, quòd nihil inter-
 positâ Appellatione innovandum sit, sed omnia integra
 servanda veniant Appellatori, usque dum a Superiore
 Judice fuerit pronunciatum. L. un. pr. & s. 1. ff. nihil innov.
 appell. interpos. Quicquid ergò pendente Appellatione 104
 à Judice à quo innovatur, attentatum audit, quod ad in-
 stantiam Appellantis ante omnia in pristinum statum
 restituendum, vid. cap. 7. de Appellat. in 6. Ordin. Camera p.
 3. Tit. 31. Eckold. ad Tit. ff. 7. nihil innov. app. interp.

Hujus rei hanc communiter assignant rationem; quia 105

- pendente Appellatione nondum auditus Appellans est, nec causa probè cognita censetur, unde, si iudex inferior procedat, non potest non Appellantem extrajudicialiter turbare, qui meritò restituendus. Sed quid si Periculum subesset perituræ probationis, certè non obstaret, quò minùs Testes etiam per iudicem, à quo appellatum, ad cautelam, ne veritas depereat, examinari valeant, conf. Lancellot. in Aureo Tr. de Attentat. p. 2. c. 12. limit. 43. Lanfranc. de Testib. vers. 8. n. 34. Græveus in Concl. 92. n. 4. Mascard. de Probat. concl. 1374. n. 5. seqq. Dn. Seiter. alleg. tb. 16. Cujus elegantem Decisionem habet Mev. p. 2. Dec. 198. add. idem p. 1. dec. 50. n. 2. ibi: Non attentâ Appellatione solent Iudices Testes examinare, ubi Periculum est, ne veritas & fides intercidant, Berlich. p. 1. d. 3. Faber. in C. l. 1. Tit. 10. d. 13. § 22. § l. 4. Tit. 15. d. 33.
- 108 Cum, uti inferiùs à Nobis dicitur fusiùs, illa, quæ propter Periculum Appellatione pendente fiunt, non reputentur pro attentatis; Sicuti ad terminos hosce docet Menoch. Tr. de Recuper. Poss. remed. ult. n. 40. & Lancellot. d. limit. 43. Dn. Seiter. d. tb. 16. Quid? quod non solùm per iudicem à quo, verùm ab ipso etiam Iudice ad quem Examen illud fieri posse in memotiam, quando adhuc disputetur in puncto devolutionis interpositæ Appellationis, adnotat Lancellot. laudatò sæpiùs de Attentatis Tract. p. 2. c. 12. limit. 43. n. 7.
- 110 Ratio in promptu est; quia, cum pendente Appellatione dubitatur, an jurisdictio futura sit iudicis à quo, vel iudicis ad quem, periculum esse potest, ne intercidat intereà probandi facultas, Ruland. p. 2. cap. 2. n. 12.
- 111 Mev. p. 4. d. 160. num. 4. & 5. Deinceps circa Appellationem id consignâsse haud pigebit, illam generale ac commune remedium, imò defensionis speciem esse, in tantum

tum, ut, in quibus causis, quæ iudicio tractantur, non reperitur prohibita, in iis admittenda intelligatur, l. 1. §. 1. ubi Gl. & Dd. ff. de Appellat. Attamen si res dilationem non recipiat, haud permittenda Appellatio, per Textum in l. fin. ff. de Appell. recip. vel non. Lancellot. in Tr. de attent. p. 2. c. 12. Limit. 43. n. 1. Engelbrecht. ad ff. disp. ult. §. 3. n. 4. Johanâ Sande l. 1. decis. Fris. Tit. 13. d. 4. in pr. & ibi Bürgerer/ in Addit. n. 2. Mev. p. 1. d. 169. in pr. & p. 3. d. 163. n. 2. 3. 4. & d. 378. n. 2. v. gr. Si hęc fine interposita sit Appellatio ne testamentum aperiatur. d. l. fin. Conf. Bardili Conclus. Theor. Pract. Exercit. 5. concl. 1. & seqq. & Rhomesser. Diss. de Apertura Testament. Gissa hab. item, ne frumentum in usum militum, in annonæ subsidia contrahatur, d. l. fin. vel, ne Hæres in possessionem inducatur, d. l. fin. Ita generatim de omnibus causis, quæ celerem expeditionem poscunt, Jcti sentiunt, uti post alios tradit Mev. p. 1. d. ult. n. 3. & d. p. 3. d. 405. n. 2. Tandem & hoc notatu dignum, plerumqve in illis causis, quæ Structuram Ædium concernunt. (in Bau Sachen) non recipi Appellationem, sed rejici, Petr. Rebuff. in Tr. de Sentent. Provis. in Praef. n. 127. Ubi enim de Ædificiis reparandis, aut conservandis agitur, celeris requiritur Executio, ideò non admittitur Appellatio, post Lancellot. d. l. Mev. p. 1. d. 169. n. 1. Etenim ad decus Urbium pertinet, Ædificia non derelinqui, Teste Ulpianò in l. Pretor. ait. 20. §. hoc interdictum ff. de N. O. N. ne iis dirutis, ut fieri consuevit, publicus deformetur Aspectus l. 2. C. de Ædif. Privat. Mev. d. p. 1. d. 169. n. 83. & p. 3. d. 373. n. 1.

Idem evenit quando de Reparatione Aggerum (Zeich-Sachen) & pro hac præstandis quæstio est, tum enim Provocationis ad Superiorem beneficio locum.

non dari propter *Periculum, quod in Mora est*, approbat
 117 Mev. p. 3. dec. 163. n. 1. & 2. At ita demum, ubi & quate-
 nus Lis, sive Appellatio isti impedimento, vel remora
 erit, siquidem tale nihil per istam infertur, Appellatio,
 quando gravamen apparet, minimè rejicienda est, idem
 d. l. n. 3. Ratio enim, quæ ex *Periculo Mora est*, ubi cessat,
 ibi quoque cessat in illo solum fundata Appellationis Ex-
 clusio, idem d. n. 3. in Not. idcirco, & si non suspensivum,
 tamen devolutivum Effectum sortitur, Mev. d. l. n. 4.
 conf. Jodocus. Hackmann. *Tract. de Jure Aggerum, von*
Zeichen und Dämmen/1c.

118 Huc etiam spectant *Causæ Alimentorum, & Mer-*
cedis operariis debitæ, in quibus pariter, exclusâ Appel-
 latione, paratam habet Executionem Sententia, quâ Ali-
 mentario alimenta, vel Famulo merces adjudicata est;
 Sunt etenim hæ *Causæ* admodum favorabiles & privile-
 giatæ, nec moram patiuntur ullam, ne, dum Appellatio

119 pendet, inq; longum protrahitur, miser Famulus merce-
 de suâ carere, & Alimentarius fame perire necessum
 habeat, Joan à Sande l. 1. *Decis. Fris. Tit. 13. d. 4. n. 2.* Mev.
 p. 1. dec. 168. & p. 4. d. 134. n. 4. Velasco *de Privileg. Pauper.*
 p. 1. qu. 50. Dn. Stryk. ad B. Dn. Brunn. *Jus Eccles. l. 2. c. 18.*
 §. 28. Quæ tamen necessitatis ratio deficit in Alimen-

120 tis præteritis, hinc Sententia, super illis lata, est appella-
 bilis atque Appellatione suspenditur, per ea, quæ tradit
 Lancellott. *Tr. de Attentat. Limit. 27. n. 7.* Scacc. *Tr. de Ap-*
pellat. qu. 17. Limit. 7. n. 14. Joan à Sande d. l. Mev. d. dec.
 168. n. 6. & p. 3. d. 37. n. 11. & 12. Dn. Stryk. d. l. ubi præju-
 dicium adducit. Deinde, quoniam *Periculum Mora* ex-

121 cludit Appellationem, Judex à quo, non obstante pro-
 vocatione ad Superiorem, procedere ad Executionem
 potest

potest, Lancellot. *Tr. de Attentat. p. 2. c. 12. Limit. 43. n. 1.*
 § 13. Sed tali casu Judex Actionis, post factam Execu- 122
 tionem, tenetur statim indicare Judici Appellationis,
 quare Appellationem à Sententia interpositam non re-
 ceperit, Scacc. *de Appellat. qv 17. Limit. 38. n. 7.* Joān à San-
 de *l. 1. Dec. Fris. tit. 13. def. 4. ibiq;* *Bürgers in Addit.* Quis
 verò aliās Appellationum causas expediendi modus in
 iis, quæ moram non ferunt, adhibendus sit, de eo vide-
 ri poterit. *Mev. p. 7. d. 316. per totam.*

Cæterum is Effectus Appellationis ordinarius est 123
 & regularis, ut per istam manus judicis ligentur, ac
 jurisdictio ejus suspensa fiat. *l. 1. §. 4. ff. ad Sc. Turpill. l. 32. §. 3.*
C. de Appell. Unde cum generaliter in jure provisum sit, 124
 Appellatione pendente, sive admissa, sive rejecta fuerit,
 nihil innovandum, vel attentandum. Ideò, (quod supè- 125
 rius jam prælibavimus) Attentata in continenti sunt
 revocanda, *per l. unic. ff. nihil innov. appell. interpos. C.*
non solum, de Appellat. in 6to. Mev. p. 2. 294. § p. 4. d. 383. Fal- 126
 lit tamen hoc, quando *Periculum est in Mora*, tunc enim
 Appellatione pendente si quid fiat, non dicitur atten-
 tatum. Hinc talis extruitur Regula. *Quæ ob Peri-* 127
culum Moræ fiunt Appellatione pendente, non habentur
 pro Attentatis, *Menoch. in Tr. de Recuper. Poss. remed.*
ult. n. 40. Mascard. de Probat. Concl. 1367. n. 9. Lancellot.
Tr. de Attentat. p. 2. c. 12. Limit. 38. n. 1. § Limit. 43. n. 28.
Mev. p. 2. d. 198. n. 2. ibi: Cessat attentati nomen & vitium
 in his, ubi periculū in mora est, Licet igitur Lis pendens 128
 sit in judicio superiore, commisso tamen ad perpetuam
 rei memoriam potest decerni in inferiore, si *Periculum*
sit in Mora, citra Attentati vitium, *Mev. p. 6. d. 305. n. 3.*
 Unde & Judex à quo potest facere capi delinquentem, 129
 si

si occasio capiendi peritura sit eapropter, quod non in tempore fiat captura, Card. Tusch. *Concl. lit. P. Concl.* 282. n. 13. Idem quâ Collectas & Contributiones Subjectorum obtinet, ut Appellatione non attentâ, lite etiam pendente, sine metu Attentatorum, Debitor ad Solutionem istarum adigatur, ubi *Periculum est in Mora* & Republicæ alioqui ex mora damni quid, seu detrimenti emergit, vid. Cacheran. *decis. Pedem.* 86. n. 4. Gylmann. tom. 4. p. 1. vol. 30. n. 267. nec non Mev. p. 1. d. 149. n. 16. & in *Symphorem* 21. p. 5. d. 187. n. 4. & d. 224. num. 2. Satis hucusque præcipuos perlustravimus Casus, quibus jura nostra in Causis Civilibus *Periculo in Mora* suos tribuunt Effectus. Nunc ordo nos ducit ad Causas Criminales, de quibus breviter videbimus. Placet Ergo subjungere.

CAPUT V.

DE

Periculo in Mora Ratione
Processus Criminalis.

SUMMARI A.

C onnexio.	1.	neat ad restitutionem ablati? 8.
An propter P. M. liberetur Fur à pena patibuli?	2.	Extensio Furti in Eduliis consistens. 9.
Ratio.	3.	Quomodo Furtū distingvatur? 10.
Refertur Exemplum ex Sacris.	4.	In Furto manifesto si neque acclamatio, neq. conat9 apprehendendi Furem accedat, quid juris? 11.
Hujus Ratio.	5.	
Opinio quorundam Dd.	6.	
Nostra sententia.	7.	Fur nocturnus an regulariter possit occidi? 12.
Num ejusmodi Fur obligatus ma-		

Quid

Ratione Processus Criminalis.

81

<i>Quid ob P. in M. dicendum?</i>	13.	<i>Rationes.</i>	35.
<i>Si propter Periculum Mora alteri damnum illatum, an ex L. Aqvi- lia agi possit?</i>	14.	<i>Dicta de Homicidio applicentur ad Parricidium.</i>	36.
<i>Exemplum.</i>	15.	<i>Num Pater à Filio impunè possit occidi propter Periculum, quod in Mora est?</i>	37.
<i>An, subortâ Tempestate, propter Periculum Naufragii merces in mare projicere liceat?</i>	16.	<i>Accusatus an in carcerem conjici possit sine sufficientibus indi- ciis?</i>	38.
<i>Hujus Declaratio.</i>	17.	<i>Quid si Periculum sit in Mora?</i>	39.
<i>Delicta committenda num possint reticeri?</i>	18.	<i>Cautela Judicis observanda circa incarcerationem Suspecti.</i>	40.
<i>Exceptio in Crimine Perduellio- nis.</i>	19.	<i>Qualis esse debeat Carcer?</i>	41.
<i>Quid si certò non sciverit Crimen, an teneatur ad revelandum?</i>	21.	<i>Ratio.</i>	42.
<i>Additur Ratio.</i>	22.	<i>An Compedibus incarcerati sint onerandi?</i>	43.
<i>De Confessionario, cui delictum committendum indicatum, quid statuendum?</i>	23.	<i>Excipitur Casus, ubi P. in M.</i>	44.
<i>Hac Revelatio quomodò facien- da?</i>	24.	<i>Ampliatio.</i>	45.
<i>Exceptio.</i>	25.	<i>Dolosa Carceris Effractio gravis- simè punitur.</i>	46.
<i>Num Periculum, quod in Mora est, Homicidium quandoq; licitum faciat?</i>	26.	<i>Hujus extensio ratione innocentis incarcerati.</i>	47.
<i>Utrum Paritas armorum in tali Homicidio requiratur?</i>	28.	<i>P. in M. excipitur.</i>	48.
<i>Ampliatio.</i>	29.	<i>Propter hoc P. M. si quis Custodes Carceris occidat, an sit punien- dus?</i>	49.
<i>Invasus an prater Invasorem oc- cidere valeat innocentem?</i>	31.	<i>Utrum justè incarceratus judicis violenter possit resistere?</i>	50.
<i>An sola Mina sufficiant ad excu- sandum Homicidium?</i>	33.	<i>Executio biduo vel triduo ante indicanda est inquisito, & in conspetu omnium peragenda</i>	51. 52.
<i>Si Factum accedat ad minas, quid dicendum?</i>	34.	<i>Limitantur hac quoad Peric. in Mora.</i>	53.

L

Suppe-

- 1 **S**uperiore Cap. I. n. II. tradidimus Regulam: *Periculum in Mora facere licitum, quod aliàs est illicitum.*
- 2 Cujus Regulæ in hoc ultimo Capite nonnulla videbimus Exempla. Ita Fur excusatur à Pœna Furti ordinaria, si in summo *Vita Periculo*, cui aliter, quàm per Eduliorum Furtum subvenire non poterat, constitutus, tantum abstulerit, quantum ei necesse fuit ad famem sedandam, Carpz. in *P. C. p. 2. qv. 83. n. 40.*
- 3 H. Bocer. *de Furtis c. 2. n. 168. & 169.* Etenim tempore sumæ necessitatis cuncta ad usum communem, & pro Salute omnium communicanda sunt, arg. *L. 2. §. 2. circa fin. ff. ad L. Rhodiam de Jactu*, ubi cibaria non veniunt in collationem ex eo, quòd hæc necessitate urgente in commune
- 4 sint conferenda. Accedit, quòd Salvator noster innocentes pronunciaverit Discipulos, qui transeundò per Segetes Spicas vellicabant, vid. loca in Sacris, Marc. 2. v. 13. Matth. 12. v. 1. quia fame coacti hoc fecerant, Teste Augustino in *Can. discipulos 26. de Consecratione, distinct. 5.*
- 6 Quinimò aliqui Doctorum planè non concedunt, talismodi Auferentem habendum esse pro Fure, Harpr. *ad §. 1. Inst. de Oblig. quæ ex delicto n. 16.* Engelbr. *ad ff. disp. 24. §. 12.*
- 7 Quamquam veriore dixerim Sententiam, quòd & hic dicendus sit Fur, per *Can. fraternitas, 11. caus. 12. qv. 2. & cap. si quis 3. X. de Furtis*, ubi leviori pœnâ afficiendus dicitur, Valent. Riemer. *Decad. 12. qv. Jur. illust. qv. 4.* Hinc etiam est, ut talis Fur obligat⁹ maneat in casum pinguioris fortunæ ablatum Domino restituere in æstimatione, vel in eodem genere, ut cõmuniter Dd. statuunt, Berl. *p. 5. concl. 44. n. 47.* Illust. Dn. de Rhetz. in *Meditat. ad Inst. disp. 24. pos. 3. in fin. B. Dn. Br. in J. Eccles. lib. 2. cap. 18. §. 38.*
- 8 Et

Et licet hacten^o dicta propriè tantùm intelligenda sint 9
 de Fame, quoniam tamen ad Sitim & Frig^o eadem extendi de-
 beant, dubitandum non est, Harpr. ad §. 1. Inst. n. 16. Carpz.
 p. 2. qv. 83. n. 46. 47. & 48. Illud quoque expeditum, distingvi 10
 potissimùm Furtum in Elementis juris nostri in *manifestum*
 & *nec manifestum*, quæ Distinctio nec hodie sublata est, v.
 Const. Crim. art. 157. 158. Dn. Stryk. ad §. 3. Inst. tit. de Furt. B.
 Dn. Br. ad L. 2. ff. de Furt. n. 2. Verùm si quis tantummodò vi- 11
 viderit Furem, nec ausus fuerit acclamare, multò minùs
 illum deprehendere, sed liberum ipsi permiserit abi-
 tum, usquedum perveniret cum rebus ablatis ad lo-
 cum destinatum, amittit commodum quadrupli, quod
 aliàs accepisset, si vel Acclamatio, vel Conat^o appren-
 dendi Furem adhuc præsentem accessisset, per §. 3. in fin.
 inst. de Obl. quæ ex del. nascuntur. l. 7. §. 2. ff. de Furtis. Majorem 12
 verò Effectum producit *Periculum in Mora* circa Furis in-
 ternecionem. Si namque Fur nocturnus aliâ ratione,
 capi valeat, vel testes adsint, qui Furem cognoscant, vel
 aliò mediò res subtractæ recuperari possint, Fur ene-
 candus non est, sed eum occidens extraordinariâ, vel
 Fustigationis, vel Relegationis pœnâ afficitur, Carpz.
 P. C. p. 1. qv. 23. num. 38. & 39.

At verò si *Periculum sit in Mora*, ita ut aliter Vita 13
 vel Res Domini conservari posse haud videantur, quàm
 internecione Furis factâ, sine ulla pœna Fur occiditur,
 juxta l. Furem nocturnam 9. ff. ad l. Cornel. de Sicariis. Fari-
 nacius, quest. 125. n. 156. & seqq. Pari ratione damnum 14
 alteri illatum ob *Periculum Mora*, L. Aquil. vindicari
 non potest, v. gr. Si, exortò incendiò, metus subfuerit, 15
 ignem se latius in flammam diffusurum, Ædes vicinas ad
 extingvendam flammam, quò reliquæ serventur, dirui,
 L. 2 vel

- vel pulveri pyreo submitti, constat ex *l. 41. §. 1. ff. ad l. Agvil.*
- 16 Et tempore imminentis Naufragii res transvehendas
 17 ejicere licet, *l. 14. ff. præscript. verb.* ita tamen, ut illi,
 in quorum Salutem res per ejectionem corruptæ, tene-
 antur contribuere, & damnum pro rata retarcire, *l. 2.*
ff. ad l. Rhodiam de factu B. Dn. Brun. *ad d. l. 41. n. 3.* Sande
in Dec. l. 5. n. 7. def. 3. Bachov. *ad Treutl. vol. 1. disp. 18. tb. 8.*
lit. B. vers. illud autem. Gail. *lib. 1. observ. 22. n. 4.*
- 18 Cæterùm nec illud prætereundum, Delicta com-
 mittenda regulariter absque pœna reticeri posse in Fo-
 ro soli, vid. Lauterb. *in Compendio ff. tit. de Receptat. in fin.*
- 19 Attamen si quis certior redditus de Crim. læsæ Majest.
 committendo, illicò revelare hoc ipsum tenetur Prin-
 cipi, vel Magistratui, nisi pœnam capitis certò sibi im-
 minentem subire velit, *l. 5. §. penult. C. ad l. Jul. Majestatis,*
Farinac. P. C. quest. 51. num. 69. Struv. *disp. Crim. 4. tb. 19.*
- 20 Cùm Periculum sit in Mora, ne Res Publica ruinam pati-
 atur, ergo ad illam avertendam gravitate pœnarum
 21 Subditi fuerunt adigendi. Quod si tamen certam cri-
 minis scientiam non habuerit, nec probare Perduel-
 lionem committendam potuerit, extraordinariè tan-
 tùm puniendus venit is, qui non manifestavit Deli-
 ctum, cujus notitiam non adeò exactam habuit, B. Dn.
 22 Brunn. *ad d. l. 5. n. 33.* Zœs. *ad ff. eodem tit. n. 13.* Quia sic
 reticuisse censetur delictum ob præsentissimum Tor-
 turæ periculum, *l. 3. C. ad l. Jul. Majestatis,* ignoscendum
 autem est ei, qui sanguinem suum quocunqve modò
 redimere voluit, juxta *l. 1. in fin. ff. de His qui mort. sibi con-*
 23 *sciverunt. l. 18. C. de Transact.* Sic quoque Confessiona-
 rius Delicta committenda indicare tenetur ob Pericu-
 lum, quod in Mora est, B. Dn. Brunn. *ad l. 8. ff. de Test. n. 3.*

Et in Proc. Inquis. cap. 8. Membr. 2. n. 25. seqq. cum semper 24
metuendum, ne non revelato delicto illud adhuc al-
ter effectui daturus sit, quod tamen casu nomen Re-
velantis regulariter indicandum non est, B. Dn. Brunn.
d. l. nisi alter absque Nominis manifestatione de delicto 25
committendo sibi cavere haud possit.

Porro etiam certum, quod *Periculum in Mora* Ho- 26
micidium quandoque justum faciat. Nam si quis aliquem 27
injuste constituat in Vitae discrimine, quod aliter evitare
non potest, quam eum occidendo, poenam non meretur
occisor, per *Const. Crim. art. 140. Carpz. qv. 28. n. 19. Gail.*
lib. 2. obs. 110. n. 13. Ex quo fluit, non requiri Paritatem 28
armorum, sed sufficere, si modo arma fuerint talia, qui-
bus mors inferri possit, Hopp. in *Exam. Inst. tit. de L. Aquil.*
qv. 10. Imo si Invasor injectione manu gulam frange. 29
re tentet in vaso, hic vero pugionem habeat, a Vitae pe-
riculo se tuto liberabit, invadentem pugione perfodien-
do, Hillg. ad *Donell. lib. 17. cap. 2. lit. L.* Quotiescunq; au- 30
tem *Periculum non est in Mora*, toties aliquis Aggressorem
minus impune interficit, *Carpz. qv. 30. n. 64.* An vero 31
invasus innocentem perimere valeat, si aliam *Vita Peri-*
culum declinandiviam non videat, haud satis inter Dd.
convenit; Verior tamen hujus Affirmativa secundum 32
Berlich. p. 4. Concl. 10. n. 11. Et per Const. Crim. art. 145. Carpz.
qv. 29. n. 54. Ex dictis facile liquet, Minitantem non esse 33
occidendum; quia nondum imminet *Vita periculum*, sin-
vero ad minas preparatorius accedat actus, ita ut *Peri-* 34
culum in Mora jam adsit, sic occidi & Minitantem posse
existimo, cum nemo teneatur primu ictum expectare 35
arg. L. 3. C. de Sicar. ad d. art. 140. §. fin. Const. Crim. Et consul-
tius sit, intactum servare corp^o, quam post acceptu vul-
nus

- nus remedium quærere, *L. ult. in fin. C. in quibus caus. Rest. in integr. necess. non est.* Matth. Stephan. *ad d. art. 40.* Berl. 36 *p. 4. Concl. 13. n. 7.* Quæ hæcenus dicta sunt de Homicidio, applicari quoque possunt ad Parricidium, quod atrocissimum æquidem & immanissimum delictum audit, hincque eò graviore pœnâ afficiendum, ut quos Natura ipsa retinere in officio non possit, si magnitudine pœnæ maleficio submoveantur, *Carpz. P. C. p. 1. quest. 8. num. 7.*
- 37 Attamen si Pater occidendi animò Filium aggrediatur, & Filius nullam expediendæ Salutis viam habeat, Patrem quoque Aggressorem perimens non punitur. Sicuti autem in Capite præcedenti multa habuimus singularia circa Processum Civilem; Ita in Accusatorio quoque Processu, & Inquisitorio multa ob *Periculum in Mora* tolerantur: Quò præcipuè pertinet, quòd sine sufficientibus indiciis accusatus, vel inquisitus carceri mancipandus non sit. Si tamen *Periculum in Mora*, & metus fugæ subsit, facilius carceri eum includi posse, censet B. Dn. Brunn. *in Process. Inquis. cap. 8. membr. 1. n. 9.* *Carpz. qv. III. n. 10.*
- 40 Quamquam non spernenda Cautela, ut de fuga Suspectus verbaliter citetur, & de Crimine interrogetur. Sic enim Judici melius cõstare poterit, an de Crimine suspectus sit. *Carpz. d. l. n. 38.* Simul verò aliqui constituendi sunt, qui clam eum observent, ne post citationem verbalem fugæ se committat. Deinde, Carceris locum non oportet esse subterraneum, vel aliàs squalidum, tetrum atque obscurum, *L. fin. Cod. de Custod. Reor.* quoniã ad continendos, non ad puniendos Homines carcer haberi debet, *L. aus damnum 8. §. solent. 9. ff. de Pœnis*, quod etiam repetitum in *Ordin. Crim. art. 218.* Nec compedibus, vel ferris gra-

gravandi sunt incarcerati, cum hæc quoque dolorem
 incutiant. Si tamen deficiat Carcer bene munit⁹, & *Peri-* 44
culum sit in Mora, ne incarceratus custodiam effugiat, nil
 vetat, quò minus etiam in loco sub Terra custodiri pos-
 sit, vel vinculis & ferramentis ligari, B. Dn. Brunn. *in P.*
Inquis. cap. 8. membr. 1. n. 12. Quod etiam obtinet, si incar- 45
 ceratus, ruptis carceribus, in fugam se conjecerit, re-
 ceptus enim communiter in loco subterraneo custodiæ
 tradi solet, ne denuo effugere possit. Gravissimè aliàs 46
 puniri dolosam Carceris Effractionem, explorati juris
 est ex *L. 1. pr. ff. de Effract. & Expilat.* Nec immunis à 47
 pœna evadit hic Carceris Effractor, licet innocens in-
 veniatur ex eo Crimine, ob quod in carcerem fuit con-
 jectus, *l. 13. ff. de Custod. & Exhib. Reor. Struv. Ex. 48. tb. 107.*
 Quod si verò *Periculum sit in Mora*, & ex suborto incendio 48
 vitæ discrimen immineat incarcerato, impunè Carce-
 rem effringere licebit, Carpz. *qv. III. n. 96.* Lauterb. *in*
Comp. ff. tit. de Effract. Zœf. ad ff. tit. de Cust. & Exhib. Reor.
n. 27. Idem dicendum credimus, si injustè detentus, ob 49
 sibi imminens vitæ Periculum, à quo aliter se liberare
 haud valebat, Carceris Custodes occidat, nam & hunc
 occisorem impunem esse, patet ex *L. 26. ff. de Capt. &*
Postlim. revers. Petr. Theodor. *in Colleg. Crim. cap. 4. Apor.*
II. lit. D. n. 8. & seqq. ibique allegati. Attamen justè in- 50
 carceratus, & ad mortem damnatus, Judici ejusve Mi-
 nistris violenter resistere non poterit, Hartm. Hart-
 mann. *P. F. lib. 2. obs. 9. n. 10.*

Tandem si Executio Sententiæ sit facienda, re- 51
 gulariter inquisito biduo, vel triduo ante hæc indican-
 da, quò tempus ipsi suppetat ad mortem se præparan-
 di, B. Dn. Brunn. *in Process. Inquis. cap. 10. n. 11.* & postmo- 52
 dum

dum in conspectu omnium facienda, quò Terror cæteris incutiatur. Petr. Theodor. in *Jud. Crim. Pract. cap. 10. Aphorif. s. lit. H.* & Supplicium unius, metus & Salus fit
 53 multorum, *L. 1. in pr. Cod. repetund.* Si tamen *Periculum sit in Mora* ob imminentem Populi tumultum, vel aliam causam prohibentem, quò minùs publicè Executio tuto fieri possit, tunc & citiùs, & in loco privato hæc peragenda, *Carpzov. quest. 137. n. 14.* Petr. Theodor. *d. l.* ubi refert, si metus sit, ne damnatus inter eundem, dum ducitur ad Supplicium, manibus officialium eripiatur & eximatnr, Judicem licentiam dare posse, in via eundem occidendi.

54 Habes in præfenti L. B. quæ de uberrima P. in M. Materia pro ingenii viribus proponere licuit. Fatendum equidem plura hic prætermiffa esse, quæ fufius exsequi oportebat, sed cum temporis brevitatis finem negotio imponere jufferit, nec instituti mei fuerit, integrum adornare Commentarium, quin saltem æquissima Doctorum subire judicia, non immeritò vela Disputationis meæ hic contraho, DEO Ter. Opt. Max. Beneficiorum hætenus in me collatorum nomine devotas agens gratias, eidemque me mea que Studia, imposterum quoque supplicibus votis commendans.

F I N I S.



Ke 458

4°

ULB Halle
006 682 987

3



VO 17







* Σὺν τῷ Θεῷ! *

Dissertatio Inauguralis Juridica,

DE
CULO
ORA,

A M,
D ANNUENTE,
rit. Facult. Juridicæ
RUM FAMIGERATISSIMA,
SIDE,
iffimo atq; Excellentissimo,

RHODIO, fCto,
USTIN. PUBL. ORDINARIO,
on b.t.
niverfit. RECTORE,
uo ad Cineres suspiciendo,

CENTIA,
QUE JURE HONORES
TINENDI,
XC. Horis Ante- & Pomeridianis,
O CONSVETO,
& subjiciendam constituit
S SCHMID,
s- Marchicus.

is excudit Joh. Cœpselius, A.T.

